ↄ̄ria. vnde exquo eligit ↄ̄riã vitã fuit a p̄ma ſpo
facto excluſus. xxij. q. i. cũ renũciat̃. aut tñ eſt ef
fectus miles ⁊ non exercet ſeua nec actũ ꝓfeſ
ↄ̄riũ clericatui ſʒ viuit honeſte vt clericus ⁊ gau
det p̄uilegio. ita ſentit ibi Jnno. ſʒ ego dubitarẽ
qd in eo milite q iurauit illa de qb⁹ ẽ glo. in. l. pe.
ff. ex q. ca. ma. nã int̃ cetera vere militãd⁹ dʒ iura
re nõ vitare mortẽ ꝓ republica. ⁊ iſte act⁹ ꝓfeſ
ẽ ↄ̄riũs clericatui cũ clericatus officiũ reddat
clericũ inhabilẽ ad pugnãdũ etiã cũ infidelibus
vt in. c. ex multa. j. de vo. ¶ Ultio hic q̃rit̃ qd ſi
clericus in minorib⁹ nõ efficit̃ miles nec ↄiuga-
tus ſʒ nõ vult deferre tonſurã. nũquid poſſit ad
delationẽ cogi. Abb. hic ꝙ nõ. alle. nõ. in. c. i. ⁊. c.
tue. j. de apoſta. ⁊ cũ hoc dicto tñſeũt cõit̃ doc. ⁊
ſatis mihi placʒ. nã exquo põt adhuc eligẽ vitã
laicalẽ ↄ̄hñdo m̃rimoniũ ita poſſit habẽdo ſpẽ
ad m̃rimoniũ ↄ̄hẽdũ. ꝓ hoc. c. in audiẽtia. ⁊. c. cõ
tigit. de ſen. ex. vbi ↄpellũt̃ tñ cauſatiue. ſ. ſi gau
dere volunt priuilegio clericali ⁊ hoc nõ bene.

¶ De clericis non reſidẽtibus. Rubrica

¶ Supra viſũ fuit in duobus titul̃ p̄cedẽtibus
q̃lit̃ clerici bñficiis p̄uet̃ ꝓ mulierꝝ ↄſortia. ¶ De-
rito nũc ſubiicit̃ q̃lit̃ ſũt remouẽdi, ꝑpt̃ nõ reſidẽ
tiã i bñficiis. vl̃ põt ↄtinuari ↄgruẽtiuſ. q² clẽici ñ
ſolũ ihoneſte viuũt ſectãdo mulierꝝ ↄſortia. ſʒ eẽ
i bñficiis eoꝝ ñ reſidẽdo ⁊ fructuſ eoꝝ capiẽdo
merito ſubiicit̃ hec rubrica. de cle. nõ reſi.

Non liceat

Epo nõ lʒ ſine licentia
pape trãſire ad alium
epatũ ipm acceptãdo
al̃s p̄uat̃ bitu ⁊ ãbito
h. d. cũ glo. i. ꝑ ponit̃ di
ctũ. ſcdo rõ. ibi manife
ſta. tertio rõnis rõ. ibi cũ multis. ¶ Primo nõ.
epm nõ poſſe ꝓpria auctẽ tñſire ad aliũ epatuʒ
qd ꝓcedit eẽ ſi eẽt electus ſiue poſtulatus ab ec
cleſia illa vacãte. nõ enĩ dʒ q̃cũqʒ ex cã dimittẽ
epatũ ſuũ ſine lĩa pape. ẽ enĩ illi adeo m̃rimõia
lit̃ alligatus, vt etiã cã religiõis nõ poſſit ipm de
ferre in. c. lʒ. de regu. ⁊. c. veniẽs. de renũ. ⁊ hẽnt
locũ p̄dcã eẽ in iferiorib⁹ clẽicis. vt in. c. admo
net. ⁊. c. qd in dubiis de renũ. ¶ Scdo nõ lr̃am
ibi mãifeſta. ꝙ id qd colligit̃ ex ↄiectur l. ⁊ ex ve
riſimilibus p̄ſũptiõibus dr̃ mãifeſtũ. ꝓ q̃ ho. tex
i. l. lʒ. de le. i. vbi dr̃ euidẽs volũtas teſtõris q̃ ex
ↄiecturiſ elicit̃. ¶ Tertio nõ ꝙ valʒ ar. a cõit̃ ac
cidẽtibus ⁊ tene mẽti ad h iſtũ tex. nã ſic arguit
tex. h nullus ẽ iuẽtus q hoc facẽ ⁊c. ⁊ de h ar. vi
de gl. ⁊ Cy. in. l. neqʒ natales. C. de ꝓba. Ultio
nõ ꝙ qs nõ p̄ſumit̃ dimittẽ bñficiũ ſuũ ꝓ viliori
⁊ h inducit̃ ad nõbilẽ. q. qdã clericus ſenex per
mutauit bñficiũ ſuũ pingue cũ tenui cuiuſdam
nepotis ſui. nũqd ex hoc debeat p̄ſumi fraus vt
ſic renũciauerit affectu carnali ⁊ vt poſt mortẽ
ſuã. bñficiũ pingue remaneat penes nepotẽ Jo.

an. i. c. ij. de renũ. li. vi. ſẽtit ꝙ ſic, ꝓ h mẽt̃ illi⁹. c. cõ
currũt enĩ in hoc caſu tres p̄ſũptões. Prima cõ
iũctio ſãguinis. ar. c. graue. j. de p̄bẽ. Scda rõ ſe
nectutis. Tertia q² nõ ẽ veriſilẽ ꝙ qs velit bñfi
ciũ pigue dimittẽ ꝓ tenui. ar. c. ſup hoc de renũ.
⁊. l. cũ de indebito. ff. de ꝓba. Jo. de lig. ſentit hic
oppoſitũ. nec ob. ſm eũ. d. c. ij. q² ille ibi fuit viſus
iure ꝓhibito. iſte aũt vtit̃ iure ↄceſſo. nec obſtãe
dʒ ↄſãguinitas exquo al̃s ille ẽ idone⁹. ar. lvi. di
noſti. ⁊. lxxxvi. di. nõ ſatis. moderniores magis
videt̃ inclinare in opi. Jo. an. Ego ſic dicerẽ ꝙ
aut inſũt alique p̄ſũptiões elidẽtes ſeu offuſcan
tes p̄dictas. ⁊ tũc nõ ſufficiũt ad fraudẽ ꝓbãdã
pone exẽplũ bñficiũ pingue exigebat magnã cu
rã forte huic ſeni intolerabilẽ. vel loc⁹ bñficij nõ
erat ſibi tutus ſeu aer nõ ↄferebat ſibi. ꝓ hoc. c.
ad ſupplicationẽ de renũ. ⁊. c. cũ venerabil̃. de ex
cep. facit. c. ad q̃ões. de re. ꝑmu. ſʒ ceſſantib⁹ hiſ
ↄiecturis p̄ſumerẽ fraudẽ, ꝑpter rões p̄dictas. ⁊
ꝑ iſtũ tex. q iudicio meo optĩe facit ad deciſiõẽ
hui⁹. q. nã ↄciliũ h mouet̃ ex eo qd cõit̃ epi facẽ
ſolẽt Jtẽ videm⁹ in clericis. nã nõ facile ſolẽt di
mittere bñficia piguia, ꝓ viliorib⁹. imo totis co-
natibus ſolent ſemꝑ creſcere in bñficiis. ⁊ ex hiſ
p̄ſũptiõib⁹ ſatis põt ferri ſnĩa. ar. hic ⁊. ũ. de p̄ſũp
c. afferte ⁊ facit. l. iudicia. C. de rei ven. ¶ Jn gl.
i. ibi al̃s p̄deret habitũ ⁊c. Ex his verbis ſẽtit gl.
intellectũ ad tex. nr̃m. vt nõ liceat epo tñſire ad
aliã ciuitatẽ. ſ. cã tñſferẽdi ibi ſedẽ vt ſic deinceps
ſit epus ſcde ſedis vel eccl̃ie ⁊ nõ p̄me. ⁊ iſte itel
lectus ẽ ver⁹ in ſe ⁊ ſatiſ lr̃e ↄſentane⁹. vt pʒ ex ſi.
ipſi⁹. Alij itelligũt q̃ñ trãſit cã faciẽdi morã ibi
diuturnã. iſte itellect⁹ ẽ ver⁹ in ſe nõ tñ ↄgruit lr̃e
Alij intelligũt q̃ñ tñſit cã inuadẽdi t̃ras alieñ⁹. ſʒ
tene p̄mũ intellectũ. ⁊ intelligũt doc. ⁊ bñ ꝙ iſte
epſ p̄uabit̃ ꝑ ſniaʒ pape. q² nemo citra papã põt
epʒ a ſuo epatu remouẽ q̃zuis deliq̃rit. vt in. c. ij.
⁊ q̃ſi ꝑ totũ de tñſla. p̄la. ⁊ iij. q. vi. accuſatus. ⁊. c.
q̃zuis. Et ex hoc nõ ꝙ ꝑ tñſitũ ꝓpria auctẽ ad ſe
cũdũ epatũ ñ ẽ p̄uat⁹ ipo facto. ſʒ reqrit̃ ſnĩa. qd
i iferiorib⁹ ⁊ p̄latis clericis. dic vt nõ. in. d. c. qd in
dubiis. ¶ Jn gl. ij. i fi. ſo h ↄ̄riũ. vt nõ. i. d. c. eſto
te. ⁊ in. c. ij. de elec. li. vi. ⁊ vij. q. i. ſi epſ. ⁊ dicũt hic
doc. ꝙ ex fcõ ↄ̄ legẽ ñ põt p̄ſumi niſi malũ q̃ſi ve
lint dicẽ ꝙ vbi act⁹ põt referri ad malum ⁊ ad
bonũ. q² ẽ idẽns dʒ referri ſꝑ ⁊ inſꝑtari ad bo$^{m}$
⁊ ita loqt̃. c. eſtote. ſʒ vbi fcm̃ i ſe ẽ malũ. lʒ poſſit
hr̃e excuſatiõeʒ nihilomin⁹ referẽdũ ẽ ad malũ
ar. ho. i. c. i de p̄ſũp. ⁊. l. nã lud⁹ noxi⁹. ff. ad. l. aq.
fac qd hr̃ i ꝓhe. ffoꝝ. circa fi. ⁊ vide ad idẽ nõbi-
le dcm̃ Jnn. i. c. ij. d dila. vbi dic ꝙ ſi citatõ i ſe cõ
tinet aliqd ↄ̄ legẽ ẽ nlla. lʒ poſſit iuſtificãi i aliq̃
caũ ſpãli. dcm⁹. n. rẽ attẽdẽ f$^{m}$ nãʒ ſuã. ⁊ eẽntiã ⁊
ñ f$^{m}$ accidẽtalia. ex$^{m}$ iudex citauit. a. vt veniret
ad rñdẽdũ titio ſuo. h citatõ nõ artat citatũ q̃ñ
regularit̃ fu⁹ nõ põt eẽ i iudicio. lʒ in aliqb⁹ ſpãli
bus hʒ ltimã pſonã ſtãdi i iudicio. vt. l. vix certũ
ff. de iudi. ⁊. l. i. C. ſi ꝑ viʒ vl̃ alio mõ cũ ſi. Et ex h
iſero ꝙ gl. i. c. abſit. xi. q. iij. nõ ẽ ſimpl̃r va cũ dic
ꝙ ſi cleric⁹ ãplectit̃ mulierẽ dcm⁹ i dubio inſꝑtãi

ꝙ faciat cū bñdicēdi.dico eni ꝙ debem⁹ īſpicere
ↄicturas ex qb⁹ īducat̄ act⁹ licit⁹ vel illicitus.⁊
ſic ꝑ ↄñs bonū vel malū.de ꝑſūp.c.lr̄is.⁊.c.3°.lo-
co.nā ⁊ alibi ꝓhibet̄ cleric⁹ ſol⁹ ↄfabulari cum
muliere.lxxxi.di.cleric⁹.⁊.c.miniſtri.fac.c.ij.ſ.d
coba.cle.⁊ mu. In gl.fi.ibi ꝓpt̄ maiorē vtilitatē3
ītellige de maiori vtilitate reſpectu aīaꝝ ñ reſpe
ctu reddituū.nā reddit⁹ bñficij ñ debēt facē ep̄3
excellētiorē vel būiliorē.ↄſiderāda enim ē digni
tas.vt dic̄ tex.i.c.legim⁹.lxxxxiij.di.nec eſt cōfe
rend⁹ ep̄atus ꝓpt̄ redditus lucri faciendos.ſed
ꝓpt̄ on⁹ ⁊ curā3 vt plibus poſſit ꝓficē.⁊ iō dicit
apl̄s.q ep̄atū deſiderat bonum op⁹ deſiderat.⁊
pōdera v̄.opus ſonat.n.i laborē3 ſollicitudinē ⁊
curam.vt babetur in.c.q epiſcopatum.viij.q.i.

Exgeſtis Depōit̄ cardina lis q in ſuo titulo ñ reſidet.b.d.⁊ tex.ē m̄tū nō.ꝑ̄ narrat
depoſitōē3 cardinalis.2°.ei⁹ cām.2ª ibi.eo ꝙ.
Primo nō ex ꝑ̄n.ibi geſtis ⁊c.ꝙ geſta i ↄſilio ſp
faciūt fidē.⁊ itelligo qñ ſunt deſcripta ꝑ ꝑſonam
adh̄.l.geſta.C.de re iudi.⁊.c.fi.de ꝓba. 2°.nō
ibi in ſynodo.ꝙ conciliū generale quandoqȝ ap
pellat̄ ſynodus.ad iō.c.i.de ſpon.ſolet tñ appel-
lari ſynodus ↄgregatio quam fac̄ ep̄s in dioceſi
ſua.vt i.c.ſicut.de accu.tñ in effectu idē eſt ſynod⁹
ꝙ ↄciliū.ē eni nomē grecū.⁊ idē ē ꝙ cetus.⁊ vi
de de bis ⁊ ſi.bonum tex.in.c.i.xv.di. Nō 3°.ꝙ
etiā cardinalis tenet̄ reſidē i titulo ſuo.⁊ aduer
te ꝙ h̄ appellatur ꝓchia.⁊ credo ꝙ iō qa erat
ꝑ̄ſbyter cardinalis.⁊ ſic bēbat in titulū eccleſiā3
ꝓchialē.nā qdā ſunt cardinales epi.vt Hoſti.
⁊ Sabiñ.⁊ iſti babēt ep̄atus in titulū.Et nō ex h̄
⁊ tex.ꝙ cardinalis nūcupat̄ ꝑ titulū.⁊ babes ex
h̄ modū ſcribēdi cardinali.⁊ credo ꝙ olim oēs
clerici bñficiati noiabāt̄ ꝑ titulos.vñ alibi dr̄ ꝙ
nō d3 qs ītitulari in duab⁹ ꝑ̄bēdis.lxx.di.ſancto
rū.⁊ de iſto titulo ⁊ qs ꝓp̄e ſit titul⁹ in iſtis bñfi
cialib⁹ vide bo.tex.cum glo.in.c.dudum.ij.ſ.de
elec.de titulis cardinalis vide qd̄ nō in.c.corā
eo.ti. In glo.i.i fi.pōdera bñ gl.⁊ tenebis ſemꝑ
mēti.nā ꝑ bāc expoſitōem quam facit ad tex.vr̄
apte ſentire ꝙ in ↄcilio gñali ſol⁹ papa b3 ptātem
auctorizandi deponēdi ⁊ ſilia faciēdi nō autem
ↄciliū.ſed ↄciliū b3 approbare dūtaxat.h̄ tñ tex.
nō dicit ſed pot⁹ innuit ↄ̄riū dū dicit ab oib⁹ fuit
depoſit⁹.nec glo.aliqd all̄at ꝓ ſe. Inno.fac̄ banc
expoſitiōē3 glo.Hoſti.dicit cū ꝓteſtatōe ꝙ nō in
tēdit ſcribē ↄ̄ ptātē pape.ſed nō ſine miniſterio
h̄ fuit ↄgregata ſynod⁹ ad depoſitōem cardina
lis.vñ papa nō ↄſueuit nec ḟᵐ aliquos pōt depo
nere cradinalē ſine ↄcilio gñali. Sunt eni cardi
nales ꝑs corporis pape.⁊ papa cū eis inducit to
tū orbē.c.ꝑ venerabilē q fi.ſint le.⁊ all̄at illud re
gū.ij.dñi eni ſunt cardines terre ⁊ poſuit ſuper
eos orbē.vñ ſic̄ papa nō pōt ab alio iudicari.ix.
q.iij.alioꝝ.⁊.c.nemo.ita ⁊ cardinales debēt gau
dere h̄ ꝑ̄uilegio vt nō deponāt̄ de facili ſed i ↄci
lio.⁊ dicit īoleuiſſe de ↄſuetudīe vt papa non ex
cōicet cardinalē.ſed nec aliqd̄ ꝑ̄ceptum ei faciat

ſine ↄcilio aliorū cardinaliū.⁊ vide ad h̄ qd̄ nō.
Io.mo.i.c.ſuꝑ eo.de bēti.li.vi.vbi dic̄ ꝙ colle-
giū cardinaliū ē i qſi poſſeſſione vt papa ardua
nō explicet ſine ↄcilio cardinaliū ⁊ aliq exigunt
cōſenſu3.⁊ ꝙ multa ardua geſta ꝑ ſolū papā re-
tractata fuerūt.nil all̄ant ad h̄ doc.ſ3 tu vid̄ tex.
op.i.d.c.ꝑ venerabilē.i v̄.rōib⁹ igit̄ q vr̄ ꝓbar̄ vt
d̄ iure diuino papa dēat bñe ↄciliū cradinaliū3 i
iſtis arduis.⁊ credo ꝙ ñ ſit melior tex.alibi ad ꝓ
bādū ꝙ cardinalat⁹ ſaltē figuratiue ſit d̄ iure di
uino.nā id qd̄ all̄at Ho.ſolet all̄ari cōit̄ dñi ſunt
cardines terre nūqȝ mibi plac3 nec placuit.q2 ſi
bñ iſpiciat̄ vñ ſumit̄ ñ būit ille iſtā ↄſideratōem.
ſ3 ſolū voluit iferre ꝙ de⁹ eēt dñator toti⁹ orbis
⁊ diſponit ad libitū ſuū. Nūqd aūt poſſit induci
ↄſuetudo vt papa nō agat ſeu faciat h̄ ardua ſiñ
ↄſenſu cardinaliū credo ꝙ nō.q2 eēt ꝑ̄ſcribere ↄ̄
ſupremā ptātē pape ↄ̄ quā nō valet aliq̄ ꝑ̄ſcrip°.
vt nō.Inno.i.c.bone.ij.de poſ.ꝑ̄la. Itē3 vide gl.
nō.i cle.ad nr̄m.de bēti.q̄ dicit ꝙ bec eccl̄ia mili
tās ē diuinit⁹ exēplata ab eccl̄ia triūpbāte.⁊ vid̄
ibi alle.h̄ ꝓbātl.vñ ſic̄ i eccl̄ia triūpbāte ē vicari⁹
vn⁹.ſ.deus cui cūcta obediūt.ita ⁊ i eccleſia nr̄a
militāti d3 eē vn⁹ vicari⁹ dei q oib⁹ ꝑ̄ſit.⁊ facit h̄
rō ad inferendu3 ꝙ ipiū ſit ordinatū ad eccleſiā
⁊ ſic ꝙ nō ex ſe ꝑ̄ſit ſ3 depēdētiā b3 a papa.q2 nō
debēt eē duo depēdētes equalit̄ ſicut nec i eccle
ſia triūpbāti.vide Bar.i.l.i.ff.de reg.re.vbi dic̄
ꝙ Dātes fuit dānat⁹ ab eccleſia.q2 dicebat ipiū
nō dependere ab eccleſia.⁊ vide quod dixi in.c.
noluit.de iudi. Et ↄ̄ dictū Hoſti.bic in quātū re-
grit ↄciliū gñale ad depoſitōem cardinalis.vide
glo.valde nō.in.c.ad apoſtolice.de re iudi.li.vi.
⁊ ē gl.i.q̄ dic̄ ſolū papā poſſe deponē iꝑatorē re-
gem ⁊ quoſcūqȝ alios l3 de boneſtate qñqȝ ad h̄
ↄgreget ↄciliū.xv.q.vi.alius.vbi ſol⁹ papa depo
ſuit regē frācie.⁊ ꝓ nūc vlteri⁹ nō ꝓgredior.
In gl ij.ibi ⁊ a dignitate ſua remot⁹ credo ꝙ gl.
iō facit bāc expoſitōem reſtrictā.q2 depoſitō ca
pit̄ ꝓ remotōe ⁊ ꝑ̄uatōe ab officio ⁊ bñficio.⁊ ſic
caret ne dū dignitate ſ3 etiā ordinib⁹.vt i.c.at ſi
clerici.⁊.c.cum nō ab bomine.de iudi.ſ3 biccapi
tur depoſitio ꝓ ꝑ̄uatōe beneficij tm̄.⁊ ē rō ꝓpt̄ ñ
reſidētiā nō d3 qs ꝑ̄uari ab officio ſed ſatis ē ꝙ
remoueat̄ a beneficio.vt.j.eo.ti.c.ex tue.

Quia non nulli. Vni plu res dignitates vel eccleſie ↄferri ñ debēt.⁊ eccleſia eſt
ↄferēda illi q reſidē ⁊ regē valeat ꝑ ſeipm̄ alias
ꝑdit eccleſiā ⁊ donās ↄferēdi ptāte ꝑ̄uatur.b.d.
tria fac.ꝑ̄ ponit viciū.2°.adhibet remediū.ibi cū
ſ̄.3°.iponit penā.ibi ꝙ ſi. Primo nō ꝙ ex grē
diuēſas dignitates ⁊ plures eccleſias ꝓchiales
ꝓcedit ex 3elo auaricie.itellige qñ vna dignitas
vl̄ vna eccleſia ꝓchialis ſuffic̄ ꝑ ſe.alias nō eſt
peccatū diſpēſatīe tenē plures ad h̄.c.de multa
in fi.de ꝑ̄bē.⁊.ſ.de elec.dudū.ij. Nō.ij.duas
rōes qre vna ⁊ eadē ꝑſona ñ pōt ↄſeq plures ec
cleſias.Pri^a q2 ſuffic̄ ad ipēdēdū debitū famu-
latū vni.vñ ſeqr̄ neglectus alterius. Secundo

qꝛ occupat ſtipēdia alioꝝ. naʒ alij clerici pauꝑes
ad illa ꝓmouerēť. ⁊ nō tex. dū dicit ſtipēdia. ex h
enī arguiť ꝙ licite clericus viuit de fructibus ec
cleſie ſue. dať enī ſibi in ſtipēdiū ¶ 3o. nō ꝙ qs te
neť ꝑ ſe ⁊ nō ꝑ vicariū deſeruire eccl'ie ſue ſeu di
gnitati. ¶ Vltio nō ꝙ recipiēs plura beneficia
curata nō ē ꝓuatus ꝑ nec ſcd̃o ſm̄ iſta tp̄a. ſ; ve
niebat ꝓuādus ſcd̃o. ⁊ vt h clare itelligas ⁊ mlťa
diuerſa vites aduerte ad q̄tuoꝛ tp̄a. Primū enī
fuit tp̄s an iſtō ꝯciliū de quo hic ⁊ illo tp̄e non ꝓ
uabať ſcd̃o. ſ; dabať ſibi optio tenēdi p̄mū vľ ſe
cūdū. vt in. c. referēte. ⁊ c. p̄terea. j. de p̄bē. Scd̃o;
fuit tp̄s huius ꝯcilij in quo fuit reſtricta facultas
hec ⁊ ſtatutū vt ꝓuareť ſcd̃o. nō tñ ꝓuatio iduce
bať ip̄o iure. 3m fuit tēpus. c. de mlťa. j. de p̄bē
vbi fuit inductū. ut ſi hn̄s curatū bn̄ficiū vel di
gnitatē recipet ſcd̃; ſeu ſcd̃a; dignitatē vacaret
p̄mū beneficiū vel dignitas ip̄o facto ⁊ ſic tex. h
in fi. hodie nō ꝓcedit vt loqť. ¶ Quartū fuit tē
pus hodiernū a tp̄e decretaľ execrabił Johānis
xxij. ⁊ ē extuagans. vbi artius fuit ꝓuiſū. vt reci
piens ſcd̃m curatū ſeu ſcd̃am dignitatā uel pſo
natū niſi de facto incōtinēti poſt habitā ſcd̄i paci
ficā poſſeſſionē dimittat p̄mū in p̄ntia publicaꝝ
pſonaꝝ eēt ꝓuatus ip̄o facto utroq;. ⁊ ſic retinēſ
de facto efficereť ineligibilis ⁊ hoc ultimū ꝓbať
in. d. c. dudū. Et ex his inferť ad. q. nūqd diſpoſi
tio huius tex. uēdicet ſibi locū in eccleſiis nō cu
ratis ⁊ in ſimplicibus bn̄ficiis ⁊ ſētit hoſti. ꝙ ſic
dūmō regrāt reſidētiā de iure cōi ſtatuto uľ con
ſuetudine. Sed dic latius ꝙ q̄riť nūqd uacet p̄mū
ip̄o facto ꝑ adeptiōe; ſcd̄i. ⁊ dic ꝙ nō in iſtis ſim
plicibus. qꝛ. c. de multa. loqť i pluribus curať et
dicā aliqd in. c. fi. j. e. Aut q̄riť nūqd poſſit qs te
nere plura talia bn̄ficia ſimplicia. ⁊ dicit hoſti.
ꝙ ſic ſi alteꝝ ꝑ ſe nō ſufficit. al's ſecus. ut i. c. cū te
neamur. de p̄bē. h ulti^m^ admitto. niſi ſtatutū uel
ꝯſuetudo regrēt reſidētiā i q̄lib;. qꝛ tūc regrēť
diſpēſatio. ar. in. d. c. de multa. Aut q̄riť nūqd te
neať qs ꝑ ſe deſuire bn̄ficio ſimplici ſic. ut h dr
in curato. ⁊ credo ꝙ ſic. ⁊ ꝓbo apte ꝑ. c. ſup iordi
nata de p̄bē. ubi dr ꝙ pueri nō ſūt idonei ad be
neficia habēda cū illiſ deſuire nō poſſūt q̄ regrit
beneficiū pſonalē reſidētiā. nā puer bene poſſet
ꝑ aliū ſuire. ut i. c. eā te. de eta. ⁊ q̄li. fac. c. ꝯq̄rēte
j. eo. fateoꝛ ꝙ ꝯſuetudo h; oppoſitū. ⁊ nūqd ua
leat. dic ut. j. ſubiiciā. ¶ In gl. i. pſonaꝝ op. uult
q̄ gl. ꝙ dignitas ⁊ pſonat⁹ ſūt ſynonima. ⁊ qd̄ ad
eſſe dignitať ſufficit q̄dā p̄rogatiua ꝑ aliis. ſ; tu
dic plene ⁊ melius. ut i. c. de mlťa. j. e. de p̄bē. ubi
dicā qd ſit ꝓp̄e dignitas qd pſonat⁹ ⁊ qd officiū
Sed nō glo. ⁊ tene eā mēti. hēs enī plures mōs
q̄bus capiť dignitas. ⁊ maxie in eo ꝙ dicit ꝙ ali
quādo capiť ꝑ ordine. ex h enī inferť ꝙ q̄libet
clericus dr̄ hr̄e dignitatē. ⁊ ꝓbať in. c. deniq;. iiij
di. ſ; nō capiť tūc dignitas in potiori ſignificato
ſ; ꝓp̄e beneficiū qd̄ h; ⁊ p̄rogatiuā ꝑ aliis laicis
⁊ vide ad mā; qd̄ nō. Bar. i. l. i. C. de digni. li. xij
vbi ꝓſeqť q dicāť ꝓp̄e ignobiles. ⁊ vide ad h bo.
gl. in. c. q̄ ꝯ pacē. xxiiij. q. i. q̄ dicit ꝙ oēs exercētes
vilē artē dicūť ignobiles. ⁊ tales vilē artē exercē
tes nō debēt ꝓmoueri ad regimē ciuitatis. vide
tex. nō. in. l. neqs. C. de digni. li. xij. Et in fi. gľ. dic
vt i. c. de mlťa. vbi tractabo q̄dā h poſita ꝑ hoſti.
q̄ melius ꝯueniūt illi. c. ¶ In gl. ſup. v̄. ꝑ ſeipam
ibi vt officiū i eccľia. nō hn̄ gl. iūcto tex. ex ea enī
eliciť regula ꝙ qd̄libet bn̄ficiū qd̄ dať rōe officij
regrit deſuētiā pſonalē. vt. ſ. dixi ⁊ facit. c. ꝯq̄rē
te. j. eo. dicē tñ h Lau. ꝙ rōne ꝯſuetudinis pōt qs
deſeruire ꝑ vicariū ⁊ ſic extēdit caſū. c. extirpā
de. §. qui vō. de p̄bē. Sed aduerte nā i bn̄ficiis ſim
plicib⁹ h ꝓcedit indubie. vt in. c. cu; oēs. ⁊ qd̄ ibi
nō. de ꝯſti. ſed i curať. Jo. de lig. ſentit oppoſitū
i. d. c. cū oēs. ſ; tu nō hn̄ dcm̄ Lau. q ſentit h ꝯriū
puto tñ iſpiciēdū rōnē ꝯſuetudis. nā ꝯſuetudo
nō officit legi maxie canonice niſi ſit rōnabiliſ de
ꝯſue. c. i. ⁊ id̄ ſi ꝯſuetudo fulciť rōne ꝓcedit opi.
Lau. pone ex^m ꝓpť tenuitatē bn̄ficioꝝ fuit idu
cta ꝯſuetudo. vt qs poſſet deſuire ꝑ vicariū al's
aūt vbi nō ſubeſſet rō ꝓcedēt dcm̄ Jo. de lig. fa
cilius tñ ꝯſuetudo iducēť i ñ curať. rō ē ip̄ꝛōptu
qꝛ magis eligiť induſtria pſōe i curať q̄; in non
curatis. Itē dic ꝙ vbi diſpēſať cū aliq̄ circa plu
ralitatē eccľiaꝝ pōt deſuire i alia eaꝝ ꝑ alteꝝ. vi
de tex. cū gl. in. c. ñ pōt. de p̄bē. li. vi. ⁊ qd̄ dicā i. d
c. extirpāde. ⁊ regulariť vtrū qs poſſ; ꝑ aliū qd̄
ꝑ ſe vide i regľa pōt qs ꝑ aliū. ⁊ in regľa q ꝑ aliū
fac. d̄ re. iu. li. vi. In gl. ſup. v̄. ꝓneť. i fi. nō ex gl. iū
cto tex. ꝙ ꝯferēs bn̄fi^m^ curatū vľ dignitatē ñ va
lēti i ea reſidē pſonaliť. d; ꝓuari ea vice p̄tāte ꝯſe
rēdi illā dignitatē vľ eccľia;. Et nō ꝙ ñ ē ꝓuatus
ip̄o fcō ſ; ꝓuād⁹. ⁊ h dic do. An. valde nō. iſert
ex h ꝙ. c. cū i cūctis. de elec. nō h; locū i ꝯferēte
q̄ſi dicat ꝙ cū ibi apponať pena ꝓuatiōis ip̄o fa
cto ⁊ illd̄. c. exigat ſniam d; intelligi illd̄. c. in eli
gētibus nō in ꝯferētib⁹. ſ; iudicio meo nō hn̄ pō
derauit vel forte de p̄nti nō viderat illū tex. nam
ibi in v̄. ep̄us. ꝓp̄e finē exp̄ſſe loqť in colla. ⁊ id̄
dic ꝙ illud. c. ꝓcedit tm̄ in dignitatib⁹ ibi poſitis
vt q̄ſi ꝯtulit patienti defectū in etate in moꝛibuſ
in ſcia ⁊ in natalibus. in aliis vō non h; locū illa
pena que imponiť ip̄o iure ⁊ ita diſputauit Jo.
an. late in regula odia. de reg. iur. li. vi. in mercu.
Iſtud vō. c. ꝓcedit in ꝯferēte beneficiū ei q non
valet ꝑ ſe in beneficio reſidere al's tamen eſt ſuf
ficiēs pſona ⁊c̄.

RElatum Inſtitut⁹ ad eccľia;
nō ꝯfirmat⁹ ſi ap
paret ꝙ nolit reſidere non d; inſtitui ꝑ
ſupioꝛē. ꝯfirmat⁹ aūt ⁊ ex nō iuſta cauſa non re
ſidens ꝓuatur appellatiōe remota. h. d. p̄mo ex
ceſſus. ſcd̃o ꝓuiſio. ibi cū igiť. ¶ Nō ꝙ ibi eccle
ſia vel bn̄fi^m^ ꝙ dignitas appellari pōt bn̄fi^m^. na;
in. c. precedēti. fuit facta mētio dūtaxat de digni
tate ⁊ eccleſia ⁊ h. c. referēs vba illi⁹ appellat bn̄
ficiū qd̄ ibi appellabať dignitas. ⁊ dic ꝙ ſub. v̄.
beneficij pōt comp̄hendi omnis dignitas eccle
ſiaſtica ⁊ quodlib; beneficiu; cuiuſcunq; quali
tatis ſit vt ꝓbať i regula beneficiū de re. iu. li. vi.

In odioſis vō appellatōe bñficij nō venit digni
tas ad h̃.c.ſtatutū.⁊ qđ ibi nō.de elec.li.vi.⁊ bñ
ficiū largiſſime capiēdo ē beniuola actō gaudiū
ꝑbēs capiēti.vt i vſibꝰ feudoꝝ.c.i.q.mo.feu.amit
Ex hoc ⁊ ex tex.nō.ꝓ reſumētibꝰ ar.alioꝝ vt nō
ſit neceſſe vba formalia arguētū reſumē.ſ3 ſatis
ē recitare effectū.idem nō.i.c.ſup ſpecula.de ma
giſ. ¶ 2ᵒ.nō ꝙ vbicūqꝫ ad aliquē actū regrit̃ po
tētia,ꝑpt̃ ipm exercitiū potētie nō ſuffic̃ ipa potē
tia in habitu.ſ3 oꝫ ꝙ reducet̃ ad actū.nā i.c.ꝓce
dēti ſolū regrebat̃ potētia.⁊ iſte tex.itꝑptat̃ de
potētia i hītu ⁊ actu.⁊ hoc ē ꝑ id.qđ dr̃ h̃ i tex.qꝛ
vba debent capi cū effectu.ad qđ q̃tidie allegat̃
iſte tex. ¶ 3ᵒ.nō diſpoſitōem q̃libet itelligēdam
ita vt ex eo ꝓducat̃ aliqs effectꝰ.reiciēdꝰ ē ꝗ̃ in
tellectꝰ q ſolū fuit de vēto ⁊ deſeruit vbis ⁊ ñ rei
vt i.c.ꝯmiſſa.de elec.li.vi. ¶ Quarto nō ꝙ de li
cētia ꝑlati ſui pōt clericꝰ bñficiatꝰ ſe abſentare a
bñficio ex honeſta cā.⁊ nō ꝙ duo regrūt̃ vt cle
ricꝰ licite ſe abſētet a bñficio.ꝑ cā honeſta.2ᵒ.pre
lati ſui licētia nō ꝗ̃ ſuffic̃ ſolꝰ ꝑlati licētia ſine ho
neſtate cāe.⁊ ē rō q̃a prelatꝰ non poteſt ſine cā
diſpēſare contra ius.xxv.q.ij.inſtitutionis.⁊.c.
dilectꝰ.de tē.oꝛ. ¶ Quinto nō ꝙ ſtudiū l̃rarum
ē iuſta cā ꝓbēdi licētiā clerico vt abſētet ſe a bñfi
cio.⁊ tūc oꝫ deſeruire ꝑ aliū.vt i.c.cum ex eo.de
elec.li.vi.⁊ illud ꝓcedit idiſticte qñ vnꝰ ē i eccl̃ia
q̃d aūt i pl̃ibꝰ vtputa ſunt.x.canonici nūq̃d vnꝰ
poſſit ſe abſētare nō ꝯſtituēdo ibi vicariū ⁊ capē
fructꝰ beneficij.aliq̃d tāgā i.c.tue.j.e.⁊ vide ho.
tex.in.c.ſup ſpecula.j.de magiſ. Ultio nō ꝙ
appellō ꝯ iuris diſpoſitionē ñ ē admittēda ꝓcoꝛ.
c.qꝛ.⁊.c.ad nr̃a3.de ap.facit.l.ſi q̃ſi pena.ff.de v.
ſig.S3 h̃ q̃rit̃ vtꝝ gl3 ꝑlatꝰ etiā ſi nō ſit ep̃s poſ
ſit dare hāc licētiā.doc.cōit̃ ꝙ ſic.⁊ habes gl.oꝛ.i
d.c.cū ex eo.nā iſta l̃ra loq̃t̃ idiſticte.tñ nō pōt q̃
libet ꝑlatꝰ apponē penā nō reſidētie.i.ꝓcedē ad
ꝑuationē.ſ3 oꝫ ꝙ ſit ille ſupioꝛ i cuiꝰ manibꝰ pōt
fieri renūciatio vl̃ q poſſit alias iuīū deſtituē.⁊
nō h̃ dcīn̄ ꝙ hñs ptātē ꝯferēdi nō h3 ptātē deſti
tuēdi etiā,ꝑpt̃ delictū nō reſidētie.ꝑ h̃.c.i.de ca
pel.mo.li.vi.⁊ plene dico i repitōe.c.ſi quis ꝯtra
clericū.de fo.ꝯpe. Nūq̃d aūt ſufficiat petē licētiā
ex honeſta cā.Jo.an.h̃ ſentit ꝙ nō.ſ3 oꝫ eē obtē
ta.ex q̃ nō hñ ꝙ clericꝰ ex iuſta cā etiā nō pōt ſe
abſētare a bñficio niſi obtineat licētiā a ꝑlato nec
ſuffic̃ eā petiſſe. Sed diceres tu q̃ ꝑlatꝰ poterit
ſemꝑ ipedire clericū vt nō ꝓmoueat cā3 honeſtā
dico ꝙ poterit hr̃i recurſus ad ſupiorē ꝑlati ſui.
⁊ exigēte cā poterit eū ꝯpellē ad dādū licētiā cle
rico.ar.op.i.c.nullꝰ.de iurepa. Itē adde h̃ vnū
dictū doc.i.c.iſ.j.eo.vbi dicūt ꝙ,ꝑpt̃ neceſſitate3
ſbito occurrētē pōt clericꝰ ſe abſētare etiā ſine li
cētia ꝑlati ſui.nā plerūqꝫ tēpꝰ ſeu locꝰ non patit̃
licētiā petē.ꝑ q̃.l.i.ff.de exercit.⁊.l.tutoꝛ qui re
poꝛtoꝛiū.ff.de admi.tu.⁊ vr̃ Jo.an.ibi limitare
qñ i breui ē reuerſurꝰ.ar.in.l.iij.ff.de diuoꝛ.Ego
credo ꝯſiderādā q̃litatē cāe ⁊ ꝑiudicii ⁊ facilita
tem petēdi licētiam. In gl.ibi.debēt ibi ꝑpetuo
ꝑmanere. ¶ Nō glo.⁊ facit qđe3 de eo q acceptat
bñficiū eo aīo vt illud teneat donec habuerit pi
gnus vel nō habuērit aīmū ibi reſidēdi nūq̃d
iuſte ibi ſit ꝓmotus.⁊ doc.ꝯcludūt ꝙ nō ⁊ bñ.nā
q̃ſqs vt ait Apl̃s oꝫ eē ꝯtētꝰ ea vocatōe q̃ voca
tus ē.vñ nō oꝫ aliud i aīo gerē.ſ3 quēadmoduꝫ
ꝯhēs m̃rimoniū carnale oꝫ hr̃e aīmū ꝑpetuo reſi
dēdi cū vxoꝛe.vt i.c.fi.de ꝯdi.appo.⁊.c.ſicut.vij.
q.i.ſic ⁊ acceptās eccl̃iā3.nam quodāmodo ꝯhit
m̃rimoniū cū eccl̃ia.dic̃ tñ Hoſti.ꝙ hoc peccatum
ambitionis tollit̃ per penitētiam in.c.fi.de ſimo.
vult dicē ꝙ ñ eſt neceſſe ad purgādū hoc pecca
tū dimittē beneficiū ſic̃ i eo q ꝓmouet̃ ꝑ ſimoniā
mētale3.⁊ nō hoc vltimū dictū qꝛ pōt practicari
in m̃ltis caſibus maxīe in iuuenibꝰ qui aſſumūt
bñficia nō ꝙ habebāt animū clericādi.ſed vt ex
eis viuāt in iuuētute.nā ſi penitētia ducti volunt
vere clericari nō tenētur dimittē bñficia.ſ3 ſatis
ē ꝙ ſatiſfaciāt deo de praua itētiōe agēdo pniā3.
In glo.fi.in fi.vel ſm doc.ibi allegabat̃ iuſta cā
puta diſpēſationis vel ꝯſuetudinis h̃ allēgabat cā3
cauilloſā ⁊ ꝯ ius cōe.⁊ iō applō ñ ē h̃ admittēda

**FRaternitati** Breue
eſt nec
pōt breuiꝰ ſūmari.ꝑ nō ꝙ clericꝰ vnius
dioceſ. ñ oꝫ recipi i alia dioceſi ſine l̃ris ꝓprij ep̃i
⁊ dic ꝙ nō oꝫ recipi tāq̃3 clericꝰ vt ſic ꝓmoueat̃
ad ordines vl̃ vt ſibi ꝯferat̃ bñficiū.nā poſſibile
ē ꝙ i ꝑtibꝰ ſuis iſte ſit nōtꝰ ifamia ſuitutis vl̃ de
poſitꝰ vl̃ q̃d ſile ſibi acciderit.⁊ iō ꝯtulerit ſe ad
ꝑtes alienas.optīe igit̃ fuit ꝓuiſū vt nō recipiat̃
ſine l̃ris ſui ep̃i.vide pulchꝝ tex.cū glo.xix.q.ij.
due ſunt.S3 laicꝰ hñ pōt recipi ex q̃ non vult ibi
celebrare vt clericꝰ nec hr̃e bñficiū.⁊ ita itellige
iſtū tex.ꝑ h̃.ā.de cle.pere.ꝑ to. Nūq̃d autem
poſſit iſti ꝯferri ꝓbēda ſine l̃ris commēdaticiis.
Bonagui.dicit ꝙ ſic.qꝛ ꝑ hoc nō ifert̃ aliqđ ꝑiu
diciū ꝓpō ep̃o.ſ3 hoc dictū admittere3 qñ ꝯfert̃
ſibi i ſtipēdiū ⁊ nō i titulū beneficialē.nā de iure
cōi eadē ē rō i ꝓbēdis titularibꝰ q̃ i aliis benefi
ciis.lxx.di.ſanctoꝝ.⁊ ꝓ hoc qđ nō.Inno.in.c.fi.
de cle.pere.Et aduerte qꝛ id qđ diſponit̃ h̃ i cle
ricis h3 locū i laicis.vt dicūt doc.hic.⁊ vr̃ tex.i.c
ꝑmates.lxxi.di.ſ3 itellige ꝙ laicꝰ nō oꝫ recipi in
aliena dioceſi ſine l̃ris ſui ep̃i.ſ. vt ꝓmoueat̃ ad
honoꝛes.qꝛ nō oꝫ ep̃s oꝛdinare laicū aliūde oꝛi
undū l3 ꝯhabat domiciliū i dioceſi ſua ꝓpt̃ rōe3 ꝑ
dictā.ne foꝛte i ꝑtibꝰ ſuis ſit nōtꝰ aliqua macula
Et limita hunc tex.⁊ dicta doc.hic ſm pulchꝛu3
dictum Inno.in.c.cum iam dudum.de ꝓben.
vbi dicit ꝙ iſte littere commendaticie requirun
tur pro ignotis.hi autem qui bene ſunt noti ſiue
ſint clerici ſiue laici poſſunt abſqꝫ huiuſmōi l̃ris
recipi.qđ ſatis mihi placet.pro hoc illud.c.due
arguendo a ratione ceſſante.⁊ quia clericus ſe
cularis vel laicus non ſunt ita ſubiecti proprio
ep̃o quo minus poſſunt transferre domicilium
⁊ acceptare alibi beneficium ſine licentia prelati
Item pondera quia iſte littere dicuntur cōmē
daticie qꝛ ꝯmēdant moꝛes ꝓficiētis quod in no
tis non regrit̃.nā notꝰ pōt ꝓmoueri etiam ſine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex ſtatõe.xxiiij.di.c.i.z.c.ꝯſtitut⁹.de ap.vbi dixi
¶ In glo.ibi ꝓhibet teſtimoniũ.z h̄ reſpectu di
cit̃ ꝯmẽdaticie z formã hax lr̃ax vide.lxxiij.di.
q̃ſi p to. Et aduerte ꝙ iſte lr̃e q̃ ſũt in vſu repiũt
in triplici ſpẽ.q̃dã eni ſũt lr̃e dimiſſorie ꝯmẽdati
cie.vt ſũt iſte de qb⁹ in tex.qñ habuit cleric⁹ vel
laic⁹ bonã fmã a p̃lato ſuo z cõmendat ab eo
in lr̃is.vt ſic facili⁹ recipiat in ptib⁹ alienis.z has
lr̃as tradit ep̃o. Jdẽ dicerẽ de quolibꝫ p̃lato iſe
riori reſpectu ſubditi ſui.ar.s̃.c.p̃cc.z facit.c.ino
tuit.s̃.de elec.nũqd aũt capitulũ ſede vacãte poſ
ſit has lr̃as ꝯcedere.doc.hic ſentiũt ꝙ nõ p.c.fra
t̃nitatiſ.lxxi.di.q꞉ ẽ q̃dã alienatio pſone.vñ ſicut
capitulũ nõ pōt alienare bona ſede vacãte.j. ne
ſe.va.p to.ita forti⁹ nec pſonã.ſꝫ h̄ dcm̃ nũq̃ꝫ pla
cuit mihi.finge eni vacãte ſede aliquẽ clericum
electũ ad dignitatẽ alteri⁹ dioceſ certe cũ ſubſit
cã legitia dãdi licẽtiã nõ apparet rõ quare capi
tulũ nõ poſſit.ẽ eni h̄ iuriſdictõiſ neceſſarie quã
capitulũ exercet ſede vacante.ad h̄.c.i.de iſti.li.
vi.z qd̃ nõ.gl.in cle.i.de hereti.nec ẽ vex ꝙ ſit ꝓ
p̃ie alienatio.q꞉ ſol⁹ p̃lat⁹ ſine capitulo pōt hãc
licẽtiã ꝯcedere.c.ſi religioſus.de elec.li.vi.qui tñ
ſol⁹ bõa eccl̃ie alienare ñ pōt.xij.q.ij.ſine excep.
ad.c.fratnitatis. dic ꝙ non apparet ꝙ ibi fuerit
capitulũ hoſtilitate loci faciẽte. Quedam ſũt lr̃e
ꝯmẽdaticie ad ordines cũ qs vult facẽ ſe ordina
ri p alienũ ep̃m z has ꝯcedit ep̃us z caplm ſede
vacãte.c.cũ null⁹.de tẽ.or.li.vi. Quedã ſũt lr̃e di
miſſorie ad tẽp⁹ ex iuſta cã.vt qñ cleric⁹ vult pe
regrinari z has ꝯcedit ep̃s.de ꝯſe.di.v.ñ oꝫ. Jtẽ
z qlibꝫ p̃lat⁹ iferior.vt.s̃.c.ꝓx.z ibi dixi. ¶ Vltiõ
iſta reg̃la iq̃ztũ loq̃t de lr̃is ꝯmẽdaticiis pōt ad
duci ad.q.an z qualit̃ ſit credẽdũ iſtiſ lr̃iſ de cre
dẽtia vt iferant p̃iudiciũ ſcribẽti.z circa h̄ varie
videt̃ loq iura ciuilia.z vide p Bar.i.l.luci⁹.ff.
de fideiuſ.aliqd nõ.in.l.fi.C.qd̃ cũ eo.z vt ſatis
fiat canoniſtiſ ꝯclude breuit̃ poſt Bar.ꝙ aut ſũt
lr̃e g̃nales puta oĩbus referẽdis p talẽ p̃ñtiũ la
torẽ adhibẽdũ plenã fidẽ.z h̄ caſu pōt iſte aliqd
attẽtare in p̃iudiciũ p̃ſcribẽtꝭ.iõ ſi iſte cui ſcribit̃
mutuaret pecũiã nũcio vl̃ ſecũ ꝯtheret noĩe ſcri
bentis nõ fit aliqd̃ p̃iudiciũ ſcribẽti. vt ſic ꝯ eum
poſſꝫ agi actiõe mãdati.vt.d.l.fi.nã ſenſus illax
lr̃ax ẽ ꝙ ille nũcius ẽ hõ bone ꝯditiõis.z ſic po-
tius pñt appellari lr̃e ꝯmẽdaticie.h̄ vex niſi dice
ret̃ i lr̃is credas ſup piculo meo.vt.d.l.fi.vl̃ aliõ
p̃ſumẽt̃ ex q̃litate deferẽtis lr̃as puta q꞉ ẽ factor
ſiue ꝓcurator ſcribẽtꝭ.ad h̄.l.cuiq̃ꝫ.ff.de exercꝭ.
Jtẽ puto ꝙ ſi doloſe ꝯmẽdauit illũ ſeu dedit ſibi
lr̃as z ille paſſus ẽ dãnũ illi credendo ꝙ poterit
agẽ actiõe de dolo ꝯ ſcribẽtẽ.ar.l.qd̃ vẽditor.ff.
de dolo.vide bo.glo.in.d.c.due ſũt. Si vero lr̃e
ſũt magꝭ.ſpãles.vt q꞉ dr̃ in eis.tali intẽtiõe mea
plene iformato adhibeas plenã fidẽ.tũc ſi aliqd̃
dãnũ paſſus ẽ iſte illi credẽdo pōt agẽ ꝯ ſcribẽ
tẽ actiõe mãdati.ſꝫ nõ dꝫ ſecũ ꝯthere vl̃ ſibi credẽ
i aliq̃ exq̃ appropãret ſibi officiũ vel aliqd̃ ꝯmo
dũ.nã daret̃ via malignãdi.ꝓ h̄.l.ſi vo ñ remũe
rãdi.ff.mã.z nõ bñ h̄ dcꝫ.ſi.nõ.doc.i.c.qm̃.d̃ ꝓb.

vbi dicũt ꝙ ſi iudex aliqd ꝯmiſit notario curie.
nõ dꝫ ille notari⁹ ſcribẽ.q꞉ nõ adhibẽt̃ ſibi fides
in attribuẽdis ſibi officiũ.ad idẽ qd̃ nõ.in.c.iſup.
de teſti.ꝓ legiſtas in.l.deferre.ff.de iure fiſ.z.l.oĩ
bus.C.de teſti.vbi nõ.hẽt ꝙ ꝓcurator ad nego-
cia nõ poteſt eẽ teſtis qñ aliqd̃ ꝯmodũ eẽt ide
ꝯſecutur⁹ vt ſi vult ꝓhibẽ teſtimoniũ ꝙ noĩe dñi
mutuauit ſibi mille.nunqd aũt illi latori lr̃ax ſit
credẽdũ ſine iuramẽto ꝯcludit Bar.i.d.loco ꝙ
ſic q꞉ approbata ẽ ei⁹ fides a ſcribẽte.qd̃ facit ad
materiã.l.theopõpus.ff.de do.prelega.

# Onquerente

Qui ñ reſi
det in bñficio eı̃ modice eſtiatiõis illo
p̃uat̃.h.d.ꝑ ipetrãtꝭ.q̃rela.ſcdõ ꝯmiſſiõis forma.
ibi fratnitati ¶ Nõ ꝑ ꝙ ſi ſup redditib⁹ vni⁹ ec
cleſie pōt ꝯſtitui cẽtũ bñficiũ aſſignãdo cẽtã pẽſiõeꝫ
ex redditib⁹ eccl̃ie ꝓ tpalitate bñficij nouit̃ cre
ari z tene mẽti ad hoc iſtũ tex.vt.j.dicã lati⁹.
Scdõ nõ.ꝙ dos alicui⁹ bñficij pōt ꝯſiſtẽ i q̃ztita
te.xx.ſol.z pōt itelligi d̃ ſolidis aureis q̃x.xl.fa
ciũt librã auri.vt.l.q̃ticis.C.de exacto.tribu.li.x.
z.l.fi.ff.de in ius vo.z ex hoc ifero ꝙ bñs certã
pẽſionẽ ex aliqb⁹ imobilib⁹ pōt illã dare i dotem
bñficij. ¶ Tertõ nõ vnũ valde nõ.z ñ tradẽdũ
obliuiõi ꝙ bñs duo bñficia q̃zuis ſimplicia q̃x
altex ſufficit p ſe ad vitã bñficiati pōt legitime al
tero p̃uari.hẽs igit̃ caſũ ſolẽnẽ p̃uandi quẽ bñfi
cio ſuo q̃zuis velit in illo reſidere.z ꝓ hoc.vide
glo.nõ.in.c.dudũ.el.ij.v̓.intitulatã.de elec.q̃ dicit
ꝙ ſine peccato mortali ñ pōt qs tenẽ pl̃a bñficia
qñ altex p ſe ſufficit z limita.vt nõ.p Jnno.in.c.
cũ iã dudũ.j.de p̃ben.niſi fuerint ſibi collata nõ
rõne ſui ſed ꝓpt̃ vtilitatẽ bñficiox vt q꞉ ẽ homo
iduſtrioſuſ hõe fame z ꝯſcie.an aũt excuſet̃ ꝓpt̃
diſpẽſationẽ credo ꝙ nõ quo ad deũ.ſi fruct⁹ bñ
ficiox ꝯuertit in cãm nõ piã p id qd̃ dicã in.c.de
multa.j.de p̃bẽ. ¶ Quarto nõ.ꝙ q̃ztũcũq̃ꝫ bñfi
ciũ ſit modici valoris req̃rit deſeruiẽtiã pſonalẽ
alꝭ pōt bñficiat⁹ illo p̃uari excipe ꝯſuetudinẽ vt
in glo. ¶ Quinto nõ aliud bonũ dictũ ꝙ contra
clericũ petentem redditus beneficij pōt excipi
ꝙ non facit in eo reſidentiam. Eſt ergo hec legi
tima exceptio z puto eam ꝓcedere qñ opponit̃
ab eccl̃ia ſeu noĩe ipſius.nã tertius poterit vt cre
do p hanc exceptionẽ excludere clericũ a petiti
one ſua.q꞉ exquo nõ ẽ priuatus quo ad iſtũ ter-
tium liberas edes habet.l.loci corp⁹.§.ꝯpetit.ff.
ſi ſerui.ven.facit tex.cũ glo.l.ſi ita tamẽ.ff.ſi ager
vecti.vide Jnn.in ſimili in.c.inter dilectoſ.de ex
ceſ.p̃la. ¶ Sed op.cõtra tex.de.c.extirpãde.in
fi.j.ti.i.vbi dr̃ ꝙ de fructib⁹ vnius beneficij non
debet ꝯſtitui penſio noĩe alterius bñficij. Jtem
beneficiũ nõ dꝫ diuidi.vt i.c.maiorib⁹.j.de p̃bẽ.
So.credo h̄ dupl̃r poſſe itelligi.ꝑ ꝙ cũ iſta eccle
ſia abundaret redditib⁹ z careret ſuffragio mi-
niſtri fuit ſtatutũ auctẽ ſupiorꝭ.vt ibi eẽt vnũ bñ
ficiũ.ꝓ clẽico z aſſignata fuit ꝓ r̃ddítib⁹ pẽſio xx
ſol.z iſte itellect⁹ videt̃ lr̃e ꝯgruere.z ad cõtrria
dic ꝙ in fraudem non debet conſtitui talis pẽſio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noīe bñficij. vt puta epūs habebat nepotē ī minori
etate cui nō poterat ꝓuidē de eccl'ia curata ipā
cōtulit alteri ſacerdoti ⁊ fere oēs fruct⁹ eccl'ie de
creuit aſſignandos nepoti noīe bñficij ſimplicis
h̄ enī fieri nō pōt. ⁊ ita loq̄t. d. c. extirpādū. ſ; vbi
ex cā licita ⁊ honeſta cōſtituit̄ bñficiū ex redditi
b⁹ eccl'ie tūc v; talis cōſtō. vt habes h̄ tex. aptum
⁊ vide tex. cū glo. ī. c. ad audiētiā. ij. de reſp. ⁊ fac
c. q̄zuis. de p̄ben. li. vi. ¶ Et intelligo ꝙ remaneat
tm̄ p̄sbytero vn̄ poſſit honeſte viuē. al's ſec⁹. ar. c
vacātē. j. de p̄ben. ⁊ c. cū cā;. eo. ti. ¶ Et ex h̄ habes
vnū nobilē modū ꝓcedēdi vt vnuſq̄ſq; curatus
p̄sbyter hēat clericū in eccl'ia ſua iux̄ nō. in. c. vt
q̄ſq;. de vi. ⁊ ho. cle. ¶ Secūd⁹ itellectus pōt eē
ꝙ iſte cleric⁹ fuit ordinat⁹ ad titulū huius eccl'ie
ad p̄ntatōem rectoris q̄ caſu d; viuē ſi nō h; ali
unde ex redditib⁹ illi⁹ eccl'ie. vt in. c. ꝑ tuas. iij. j.
de ſimo. d; tm̄ iſte deſeruire eccl'ie vt hic. an autē
p̄iudicet ſucceſſori rectoris p̄ntatoris. dic vt nō.
Jo. an. in. d. c. ꝑ tuas. ⁊ ex his habes clarū intelle
ctū hui⁹. c. ¶ S; q̄ro q̄re papa nō habuit cōſide-
ratōe; ad p̄dictam exceptōe; expoſitā ꝑ iſtū p̄sbyte
rū dū dicebat ꝙ vix vite neceſſaria poterat ꝑci-
pere ab eccl'ia. ſo. dicūt doc. ꝙ hec exceptō ñ erat
legitima ad excludēdū aliū iure ſuo. nā iputādū
ē ſibi ſi acceptauit bñficiū tenue. q̄rat ḡ ſibi victū
aliq̄ induſtria. lxxxxi. di. clericus victū. Et nō h̄
ad limitatōem lecturarū p̄dictarum vt cōſecutus
bñficiū ex redditib⁹ vni⁹ eccleſie nō debeat eo
p̄uari. ſ; eccl'ia deuenerit ad eum ſtatum in quo
vix pōt ꝓcurare ꝓpriū rectorē. credo tm̄ ꝙ iſto re
moto ex aliq̄ cā illud bñficium debeat extigui ⁊
eccl'ia remanē ī ſua p̄ſtina integritate. ar. h̄ in fi.
lr̄e. vbi illo p̄uato papa mādat illud bñficiū con
ferre alteri. ſ; rector mittit̄ in ſuo ſtatu p̄ori.
¶ In gl. in v̄. ſufficiētia. nō bene iſtā gl. ⁊ vide glo.
xxi. q. i. in. c. i. ¶ In gl. ij. ibi niſi cōſuetudo ⁊c̄. itel
ligit tamen Hoſti. ⁊ cōit̄ doc. h̄ ꝙ tūc deſeruiāt ꝑ
vicariū. h̄ tamē dcm̄ iure nō ꝓbat̄. pōt tamē ꝓce
dere vbi eccl'ia patet̄ graue diſpendiū ex abſētia
miniſtrorū. q; tūc ſuccedēt. c. i. de cōſue. al' aūt ſec⁹
dūmō cleric⁹ honeſte viuat. nā lic; nō deſeruiat
illi eccl'ie ſp̄ali deſeruit eccleſie vniuerſali. pro h̄
qd̄ nō. Inno. i. d. c. cū iā dudū. dico plene ī. c. cū
oēs. de cōſti. ⁊ limita hanc glo. ꝓut dixi in. c. quia
nōnulli. ſ. eo. ⁊ in. c. fi. de reſp. li. vi. per doc.

# De cetero

Qui ē in ſuitio epī ꝑcipit fruct⁹
bñficij tāq; reſidēs p̄ter diſtributōes
quotidianas. vel ſic. Qui ē ī ſuitō p̄lati fingitur
reſidē. h. d. ¶ Ponit dcm̄ a q̄ excipit ibi niſi.
¶ Primo nō ꝙ epūs licite vtit̄ ſuitio aliq̄rū cano-
nicorū ſuorū etiam ſbtrahendo eos ab officio di
uino quotidiano ⁊ reputāt̄ iſti p̄ſentes reſpectu
cōmoditatis ꝑcipiēde. Sed q̄rit̄ nūq̄d diſpoſitio
hui⁹. c. hēat locum in iferiorib⁹ p̄latis citra epm̄
doc. h̄ cōiter tenēt ꝙ ſic. q; iſta lr̄a loq̄tur ḡnalit̄
nec appet cui loquat̄. ⁊ eadē rō vr̄ ī oīb⁹ p̄latis
reſpectu ſbditorū. dixit tm̄ Ho. nobile vbū. ꝙ epūs
pōt ad ſuitiū ſuū hr̄e duos canonicos lic; nō ꝓ
ber vtilitatē eccl'ie. ſ; vltra duos hr̄e nō pōt niſi
ꝓbet̄ volūtas capl'i vel neceſſitas vel vtilitas ec
cleſie. ar. c. ad audiētiā. j. eo. ti. quod ē nō. q; apte
iure nō ꝓbat̄. ſed optīe faciūt in ar. illa lr̄a ⁊ iſta
q̄d aūt de aliis clericis. vide qd̄ dicā ī. d. c. ad au
diētiā. ⁊ vide glo. in. c. q; frater. vij. q. i. ⁊. c. quid ḡ
xi. q. iij. ⁊. c. nos. ⁊. xvi. q. i. vbi glo. dicūt epm̄ poſ
ſe mittere vnū clericū ad certā legatiā. ⁊ idē ali-
bi dixit glo. de mōchis vt poſſint mitti ad certas
legatiōnē ꝑ epm̄. xi. q. i. quidam monachi. ¶ 2°
q̄rit̄ q̄d intendit illa lr̄a ibi de cōitatē ſibi bñficio
⁊c̄. ⁊ in fi. ipſius. So. cōſidera ꝙ in aliq̄bus eccl'iis
collegiatis ſunt p̄bende canonicorū diſtincte. ⁊ vl-
tra p̄bendas ſunt q̄dā diſtributiones q̄ dantur
quotidie itereſſentibus diuinis. q̄nq; conſiſtunt
in pecuniis. quādoq; in victualib⁹. In aliquib⁹
vero eccl'iis vltra alias p̄bendas ⁊ diſtributōes
quotidianas ſunt q̄dā redditus cōes qui in fine
anni diuidunt̄ iter canonicos. ⁊ in quibuſdā lo-
cis appellat̄ mēſa groſſa. in aliquib⁹ vō nō ſunt
p̄bēde diſtincte. ſ; oēs reddit⁹ capiūt̄ ꝑ miniſtrū
capl'i. ⁊ in fine anni dātur in portiōes ſcd'm numerū
canonicorū. ſiūt etiā q̄dā diſtributiōes quotidia
ne q̄ ſolū dātur itereſſentib⁹ diuinis. Intellige
iſtū tex. ḡ ꝙ p̄ter diſtributōnes quotidianas alij
reddit⁹ debēt aſſignari iſtis qui ſunt in ſeruitio
epī ac ſi reſiderēt. ⁊ iō dixit d' cōitatē. bñficio ⁊c̄.
⁊ quaten⁹ dixit de victualib⁹ habuit reſpectu ad
diſtributōes quotidianas. ꝑ hoc relatiū q̄ qd̄ re
ſtringit p̄cedētia. vt nō. in. l. cūctos populos. C.
de ſum. tri. ⁊. l. oēs populi. ff. de iuſti. ⁊ iu. ꝑ Cal. i
c. fi. j. eo. ⁊ hodie hec dicta videntur approbari ꝑ
tex. ⁊ glo. in. c. vnico. eo. ti. li. vi.

# Ex parte

Primād⁹ ē p̄lat⁹
vel cleric⁹ nō reſi
dens q̄ citat⁹ ñ reuertit̄ in t̄mino ſibi p̄
fixo niſi hēat iuſtū ipedimētū. h. d. cū duob⁹ ſe.
cōis diuiſio. 2ª ibi. q; igit̄. ¶ Nō ꝑ ꝙ abſentās
ſe a bñficio ſuo etiā ꝑ decēniū nō ē p̄uat⁹ ipō ſcō
nec vr̄ bñficium hr̄i ꝓ derelicto qd̄ hn̄ nō. ¶ 2°.
nō ex hoc ⁊ ex tex. ꝙ iſta mora decēnalis nō eſt
ſufficiēs ad p̄uādū quē bñficio ſuo. ſ; oportet ꝙ
p̄ moneat̄ vt redeat. pōt tm̄ aliter puniri de culpa
cōmiſſa. ad h̄. vij. q. i. ſi q̄s ī clerico. ⁊. c. ſi q̄s p̄sbyt̄
¶ 3°. nō ꝙ ad ꝓcedēdū cō bñficiatū rōe ñ reſidē
tie nō ē neceſſaria ſolēnis citatō nec ſolēnis p̄ua
tio ſ; ſuffic̄ req̄ſitō ſeu reuocatō ⁊ ſpoliatō de fa
cto. ⁊ ī h̄ ē iſte tex. optim⁹. ⁊ fac̄. c. ſe. ⁊. c. ex tue. j.
e. vbi mādat illos ſpoliari ⁊ nō p̄uari. ſonat enī
ibi ſpoliatio ī factū ⁊ ī quādā iuriſ. executōe;. ꝓ q̄
fac̄ q; cū nō reſidētia ſit notoria ñ ē ordo iudicia
ri⁹ ī notorio ſuād⁹ nec d; cā ad iudiciū deduci
vt dicit tex. nō. ī. c. q̄m̄. de fi. p̄ſ. ⁊ ita ſentiūt doc. ī
c. ex tue. j. e. ⁊ clare tenuit Old. cōſi. ccxxx. ⁊ Gaſ.
de cal. h̄ q̄ dic̄ al's ſic fuiſſe ī curia determinatum
ſ; alr̄. dcā Old. l; d' eo ñ faciat mētōe;. ſ; credo ꝙ
loq̄t̄ de illa detminatiōe. 4°. nō ꝙ p̄lat⁹ d; eccl'ie p̄
eē ⁊ ꝓdeſſe. d;. n. p̄eē in iudicādo. c. irrefragabili
de offi. or. d; ꝓdeſſe ī p̄dicādo bn̄ diſponēdo ſb
ditos. ⁊ bona ſibi credita. c. qualiter. ij. de accu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed op.ꝯ tex.j.co.ꝙ iſte ꝓuaſ ex ſola monitiõe capituli nec ferť hic aliqua ſnia ꝓuatiõis vľ ſpo liatiõis. Jo.aſſumendo dicta doc.hic ⁊.c.ſe.dic ꝙ capitulũ nõ põt ꝓprie citare ꝑlatũ nec aliquẽ ex canõicis.qꝛ inferioꝛ in ſupioꝛẽ vel par in parẽ iuriſdictionez nõ habet. vt in.c.cũ iferioꝛ.de ma ⁊ obe.⁊ in.c.innotuit.de elec.⁊.l.ille a quo.§.tẽ peſtiuũ.ff.ad trebel.⁊ vide in ꝓpriis t̃mis Jnno in.c.cũ nobis.de elec.⁊.c.i.de ma.⁊ obe. vñ intel ligẽdũ ꝙ hic itercessit auctoꝛitas pape ſine cuꝰ auctoꝛitate nõ potuiſſent iſti ꝓcedẽ ad electõem Et ſentit hoſti.hic duos intellectꝰ.pꝛimꝰ ꝙ papa ꝓſũpſit ex moꝛa tãti tp̃is illum habere ſuam di gnitatẽ ꝓ derelicto ⁊ ſic nõ erat neceſſaria aliq̃ ꝓ uatio.nõ tñ intelligas ꝙ hoc liceret iferioꝛi. Se cũdo intellige ꝙ papa iſtũ pꝛius admonuerat ꝑ lr̃as ſuas ſub pena ꝓuatiõis.quilibꝫ intellectus ẽ bonꝰ in ſe.ſed põt dici vt ꝑdixi ꝙ hoc caſu nõ regriť expſſa ſnia priuatõis.ſed ſufficit ſola ſpo liatio que fit ipſo facto cũ ꝓcedant ad nouã ele ctionẽ ⁊ vocationẽ factã ꝑ capitulũ.papa hic ap probauit alś aũt ſola vocatio capituli nõ ſufficeẽt ad ſpoliãdũ abſñtẽ ꝑ predicta.⁊ ꝑ.c.ex tue.j.eo. ⁊ qđ ibi nõ. ¶ Jn glo.i.ibi q̃ꝫtocũqꝫ tp̃e aliqs ſit abſens tene menti glo.ꝙ ꝑ abſentiã q̃ꝫtũcũqꝫ lõgã nõ ꝑdit q̃ſ ipſo facto bñficiũ ſuũ.vide tamẽ glo.de ꝯſe.di.v.c.nõ opoꝛtet.ij.que dicit ꝙ ſi tan to tp̃e q̃ſ fuit abſñſ vt neſciať an ſit moꝛtꝰ vľ viuꝰ deſinit hr̃e liberã adminiſtratiõem.ſed illa glo. iure nõ ꝓbať nec recipiť a doc.in.c.ex tue.j.eo. imo videť ibi tex.in oppoſitũ.dꝫ eni ꝑmo citari apud eccliam ſuã ſi neſciť vbi ſit. ideo tene iſtã glo.⁊ eã limita ꝓut dixi in.d.c.ꝯtingit.de do.et ꝯtu. Et nõ glo.in alio inq̃ꝫtum dicit ꝙ ſi ꝑmiſit ſe alibi intitulari videť ipſo facto hr̃e ecclĩã ꝑmaꝫ ꝓ derelicta. Et aduerte qꝛ glo.nõ loqť de bñfi ciis curať.ſed indiſtincte.nã in beneficiis curať nõ eẽt dubiũ ꝑ.c.de multa.de ꝓbẽ.unde Jnno. in.c.ex tue.j.c.dicit hoc ꝓcedẽ in beneficiis ſim plicibꝰ reſidẽtiã expoſcẽtibus ex ħ hẽs caſũ nõ bilẽ ꝙ ꝑ acceptationẽ ſcđi ſimplicis uacat ꝑmuꝫ ipõ facto.ſed ego intelligo in dubio q̃ñ nõ ꝯſtat de ꝯ̃ria intẽtiõe abſñtis ꝙ uelit utrũqꝫ retinẽ. nã tũc nõ erit ꝓuatus ipõ facto ſed ꝓuãdus ꝑ ſniaꝫ qꝛ nullo iure caueť oppoſitũ.⁊ uide qđ dicã.i.c. ſi.j.eo.ti.⁊ in eo ꝙ dicit glo.abſentẽ ſemꝑ citan dum.dicit Goff.hoc ꝓcedere niſi ꝑus habuiſſet licentiam ad certum tẽpus quod Jo.and.limi tat dũmodo tunc fuiſſet monitus ad redeundũ uide circa hoc quod dixi in.c.q̃ñ.§.poꝛꝛo.⁊.§. ſe.ut lite non conteſta.

Qualiter Sũmatũ ẽ i ꝑce dẽti.c.ſcđa ibi di ſcretioni. ¶ Nõ ꝑmo ꝙ capitulũ põt reuocare ꝓpriũ ꝑlatũ abſẽtẽ q̃ꝫuis eũ citare nľ i eũ aiaduertere nõ poſſit.qꝛ inferioꝛ in ſupioꝛeꝫ ⁊c̃.tñ ꝓ eoꝝ intereſſe poſſũt eũ regrere uel reuo care ut ueniat ad faciendã reſidẽtiã. idẽ ſentiũt doc.in.c.ex tue.j.eo. ¶ Scđo nõ ꝙ capitulũ nõ põt ꝓcedere ad nouã electionẽ ꝑlato eoꝝ abſñte ⁊ ꝑ eos reuocato. ſed opoꝛtet ut intercedat au ctoꝛitas ſupioꝛiſ q̃ poſſit illũ inuitũ deſtituẽ. Tertio nõ ꝙ ad ſpoliandũ quẽ rõe nõ reſidẽtie nõ regriť ſolẽnis citatio nec ſolẽnis ſnia ꝓuatio nis.hic eni papa ſine aliqua ꝓuatiõe expſſe de dit licẽtiã iſtis canonicis eligendi aliũ. eo enim ipõ ꝙ reuocatus ſine iuſta cã nõ redit videť ha bere eccliaꝫ ꝓ derelicta.vt nõ.dicit glo.i.ħ.⁊ itel lige ħ.c.de monitiõe ⁊ de ſnia ꝓut dixi in.c.ꝑce denti ¶ Jn glo.i.ibi imo ultra annũ.dic ꝙ nec etiã ꝑ ãnũ dꝫ abeſſe ſine lnia ꝑlati ſui ⁊ ſine iuſta cã ut in.c.relatũ.š.c. Et abſẽs iuſte q̃ꝫtũcũqꝫ re uerſus poterit puniri ſm ꝙ culpa expoſcit.hito ẽt reſpectu ad q̃ꝫtitatẽ moꝛe.⁊ vide qđ leg.⁊ nõ. vij.q.i.ſi quiſ in clero.facit.c.ex tue.j.eo.⁊ qđ ibi dicã. Et ad hoc.c.dic ꝙ narrať factũ nõ aũt põiť iuriſ miſteriũ.vt debeat expectari ꝑ quadriẽniũ imo alibi dicit tex.ꝙ diebꝰ dñicis dꝫ ep̃us adhi bere ꝑñtiaꝫ ſuã in ecclĩa de ꝯſe.di.iij.c.ep̃us. Et nõ illũ tex.⁊ in fi.glo.nõ hãc ꝑtẽ.glo.ex qua hẽs tres modos q̃bꝰ ecclĩa hẽť ꝓ derelicta. Pꝛimus cũ bñficiatꝰ efficiť miles ſeculi.⁊ nõ bñ hũc caſũ qꝛ ſentit gl.ꝙ nulla regriť monitio vel ꝓuatio ſꝫ ego itelligerẽ gl.ꝓut dixi in.c.ſi.de cle.ꝯiu.doc. tñ in.c.ex tue.j.e.ſimpliciť ſentiũt qđ gl.ħ.ſed vi de Jnno.in.c.i.de apoſta. Scđus modꝰ q̃ñ ꝯ̃xit m̃rimoniũ.⁊ de hoc plene dictũ fuit in.c.i.de cle. ꝯiu.⁊ ſic hẽs duas gl.ꝙ ꝑ cõtractũ m̃rimonij va cat bñficiũ ipſo facto. Tertiꝰ modꝰ q̃ñ clericꝰ monitꝰ nõ rediit.⁊ nõ.ꝙ ſpoliatio ħ caſu põt fun dari ſuꝑ duplici cã.ꝑma qꝛ eccleſia hẽť ꝓ dereli cta ab ipõ abſñte.vt dicit hic glo.ſcđa rõe notoꝛij qꝛ cũ crimẽ nõ reſidẽtie ſit notoꝛiũ põt ꝑlatꝰ illũ expoliare.qꝛ in notorio nõ regriť ſolẽnis ſnia.ꝓ quo facit.c.ex tue.j.eo.vbi diciť ꝙ abſñs dꝫ ſpo liari.ergo ecclĩa nõ hẽť ꝓ derelicta. qꝛ alś vaca ret nec poſſet nudus ſpoliari.c.frequẽs.de reſti. ſpoli.li.vi.alie glo.ſunt faciles.

# Jnter quatuoꝛ

Sũma vt i.c.ex ꝑte.š.c.ꝑ dem̃.ſcđo ex ceptõ.ibi dũmõ ¶ Nõ ꝑ ꝙ nõ ſolũ ecclĩa ſꝫ ẽt ꝑ hẽda r̃grit reſidẽtiã.nã ħ ꝓdẽať ꝙ iſti deſerue rũt eccleſias vel ꝑbẽdas. Jtẽ mãdať vt redeant pꝫ ibi niſi redierit.q̃ tẽť canõicꝰ reſidẽ i ciuitate vbi ẽ ꝑbẽda.niſi ꝯſuetudo hẽat oppoſitũ q̃ ſuã da ẽ ꝓut dixi i.c.ꝯgrẽte.š.e.⁊.c.cum oẽs.de ꝯſti. Scđo nõ ibi ꝯgruo loco ⁊c̃. ꝙ vbi ſciť i q̃ loco ẽ abſñs dꝫ citari ⁊ ꝯgruo tp̃e expectari.de q̃ plene j.c.ſe. Tertio nõ ibi iuſte ꝓuari ꝙ abſñſ ⁊ moni tus ñ rediẽs põt ꝓuari bñficio ſuo. Et nõ qꝛ dic ꝓuari.vř q̃ ꝙ ſnia ſit ferenda ꝯ eũ.ſꝫ dic ꝙ v̄.ꝓua ri põt capi large vt referať ad factũ.iuxta ea que dixi in.c.ex ꝑte.š.co.ti.põt itelligi ⁊ ſtricte ⁊ erit i opione ſupioꝛis ⁊ ꝯſiliũ eẽt vt fereť ſnia ꝯ abſẽ tem. ¶ Ultio nõ ex v̄.dũmõ ꝙ abſñs ſine iuſta cã nõ dꝫ ꝓuari ſi poſtea ſuꝑuenit iuſtũ ipedimẽ tũ nõ redeũdi etiã ſi abſentauerit ſe ſine licẽtia ꝑlati quod ẽ bñ nõ.vt ipedimẽtum ſuꝑueniens ei qui dedit operam rei licite non ſit ei iputãdũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cõtra.l.ij.ff.ſi quis cau.ſed põt dici ꝙ imputabit
iſti vt puniat.alr nõ tñ vt puat eccleſia ex q̃ ꝓ eo
nũc nõ deficit q̃ minus redeat.⁊ dicũt doc.h̄ ꝓce
dere etiã ſi ipedimẽtũ accidit pᵒ citatõem.dʒ tñ
iſte ſe excuſare.ar.coꝝ q̃ nõ.i.c.q̃relã.de pen.
In gl.i.ibi.⁊ ſic nõ ẽ ar.a ꝯrio.nõ gl.ꝙ q̃zuis ſb̄
ſit iuſta ⁊ neceſſaria cã recedẽdi ad tẽpus a loco
bñficij.nihilominᵒ dʒ peti licẽtia a ꝑlato. dicit tñ
Hoſti.ꝙ ꝓpẽ neceſſitatẽ ſubito occurrẽtẽʒ põt ſe
abñtare ſine licẽtia ꝑlati.qd̄ dixi i.c.relatũ.illud
dic vbi h̄ hʒ ꝯſuetudo vt licẽtia nõ exgreret.⁊ h̄
vltimũ ponit Inno.i.c.ſe.qd̄ ẽ valde nõ.in re tñ
apte nõ ꝓbat.ſʒ ego argumẽtarẽ ſic.valet ꝯſuetu
do vt qs nõ teneat facẽ reſidẽtiã iux̄ nõ.in.c.ꝯq̃
rente.ĩ.eo.g̃ fortius põt iduci ꝯſuetudo vt ad tẽ
pus ⁊ ex cã poſſit ſe abñtare.⁊ ſignanter dixi ex
cã qm̃ nõ valeret ꝯſuetudo vt poſſet vagari. vt
dicit Inno.in.d.c.ex tue.

EXtue deuo tõis. Si ne
ſcit vbi ſit
clericᵒ tribᵒ publicl.edictl.citabit i eccle
ſia ſua ⁊ ſi ifra ſex mẽſes nõ reuertit ꝑuabit ec
cleſia ſua.h̄ dic vſq3 ad v̄.ꝯ eos.⁊ iſte v̄.nõ ſũma
tur ꝓpt veritatẽ lectu.⁊ q2 ſᵐ vnũ itellectũ ñ fac
ad ꝛbicã.duo ſunt dicta.2ᵐ ibi ꝯ. ¶ Primo nõ
ibi i eccl'ijs coꝝ ꝙ qñ clericᵒ abñs ẽ citadᵒ dʒ ci
tatio affigi valuis eccl'ie ſue.de q̃ vide qd̄ le.⁊ nõ.
in.c.cãm.⁊.c.fi.de dolo ⁊ ꝯtu. Secundo nõ ibi
fraudulẽter.ꝙ ꝯ abñtẽ fraudulenter põt ꝓcedi
etiã ad ea q̃ ſunt grauis ꝑiudicij ex ſola citatiõe
domi facta.de q̃ ꝑ Inno.in.c.fi.de eo q mit. in
poſſ.⁊ in.d.c.cãm. Tertio nõ ibi nec ad ĩpos va
let citatio ⁊c.ꝙ q̃ztũcũq3 clericus ſit abñs iniuſte
ſi põt ꝑſonaliter citari nõ debet citari ꝑ edictũ.
Quarto nõ ibi trine citatiõis.ꝙ abñs cuʒ neſcit
vbi eſt debet citari tribᵒ edictl.⁊ dicit hic Io.an
ꝙ nõ ſufficẽt vnũ ꝑemptoriũ.⁊ illud tenet i addi
Spe.eo.ti.ſup ꝛbica.⁊ ſemꝑ allegatur h̄ dictum
ꝙ vbi ius requirit trinã citationẽ ꝑ edem̃ cõtra
abñtẽ nõ ſufficit vna ꝑemptoria.nã facilᵒ põt ꝑ
uenire ad noticiã abñtis qñ edictuʒ fuit triplica
tũ q̃z qñ fuit vnũ licet ꝑemptoriuʒ qd̄ male fuat
⁊ vide glo.nõ.in cle.i.de vi.⁊ bo.cle.in v̄.iij.q̃ ſin
gulariter vult ꝙ vbi ad penã icurrẽdã reqrit diſ
poſitõ trinã citatõeʒ nõ ſufficit vna ꝑẽptoria licʒ
ꝑſonalis.qd̄ nõ ꝓ limitatõe.l.cõtumacia.ff.de re
iudi.⁊.c.de illicita.xxiiij.q.iij.nã regularit eqꝑe
rãtur tres diſtĩcte citatiões ⁊ vnica ꝑẽptoria cũ
ꝯpetentibᵒ interuallis.vt le.⁊ nõ.in.c.ꝯſtitutõem
de ſen.ex.li.vi. ¶ Quinto nõ ibi vltra ſex mẽſes
tex.nõ.⁊ fere ſingularem in materia.ꝙ vbicũq3
neſcit vbi ſit abñs clericus.debet pᵒ citationem
ꝑ ſex mẽſes expectari.ꝑſumptio enĩ iurl.ẽ.vt.j.h̄
tempus citatio ꝓducat ad noticiã ſuam. ¶ Se
xto nõ ibi ſpoliari ꝙ ꝯ abñtem nõ reqrit ſolẽnis
ſnĩa ꝑuatiua.dixi latᵒ.ĩ.e.c.expte. ¶ Septimo
nõ.in v̄.ꝯ eos ⁊ tene mẽti tex.ꝙ abñs põt ꝯpel
li ad redeũdũ per excõicationem ⁊ ſuſpenſionẽ
licet enĩ pena ordinaria nõ reſidentie ſit ꝑuatio
bñficij.vt.ĩ.per totũ ti.tñ ꝑlatus poterit nõ ꝑi
uare incõtinẽti ſʒ incipere a ſuſpẽſione vel excõi
catione.⁊ h̄ ꝓbo rõe.nã bñficiatᵒ nõ põt ꝓ libito
dimittẽ bñficiũ ex q̃ ſemel illi ſe obligauit i.c.niſi
de renũcl.⁊.c.qd̄ i dubiis.⁊.c.admonet.vñ ſi iſte
non vellet reſidere in bñficio nõ haberet vbi ab
ſentaret vt ſic eo ꝑuet.ſi g̃ ſuperioꝛ ꝯtẽtat de per
ſona ſua q2 ẽ vtilis eccl'ie non ꝑuabit eum ſed cõ
pellet eum ad reſidẽdum.⁊ vide tex.nõ.xxi.q.ij
placuit.q dicit ꝙ poteſt ſuperioꝛ iſtius clerici pe
tere ipſiᵒ reſtitutõem ab eo ẽpo cuiᵒ dioceſim i
trauit ⁊ eũ habitũ poterit punire de abñtia alit
q̃z ꝑuare.⁊ ſic tẽpera oĩa iura huiᵒ ti. ¶ Octauo
nõ ꝙ excõicatus remouet poſtmodũ ab admi
niſtratõe ſpũaliũ.ex q̃ infert ꝙ excõicatus nõ de
ſinit habẽ adminiſtratõem eccl'ie ſue. Cõtra qd̄
op.de.c.veritatis.de do.⁊ ꝯtu.⁊.c.paſtoꝛalis.de
appel.vbi dr̄ ꝙ merito redditus eccl'iaſtici illi ſb̄
trahũtur cui eccl'ie cõio denegat. Inno.⁊ doct.
varie hic loquũt.ſed vera ſo.quã etiã ipĩ ſentiũt
ẽ ꝙ ꝑ ſuſpẽſionẽ ſeu excõicatõem non eſt ex to
to ꝑuatus ſed potiᵒ ẽ ſuſpẽſus ad tempus.ſed ſi
durat ꝑtinacia ſua debet remoueri ab adminiſtra
tiõe bñficij ⁊ in totũ excludi ⁊ ꝑuari. ⁊ nõ bñ qa
Inno.⁊ doc.hic ſentiũt apte ꝙ excõicatᵒ ipõ fa
cto lʒ nihil dicat in ſnĩa ſit ſuſpẽſus ab adminiſtra
tiõe bñficij ſui.⁊ facit ꝓ his que late dixi in.d.c.
paſtoꝛalis.⁊ dic vt ibi. ¶ Secũdo op.ꝯ lr̃am de
ꝯrietate.nã in ꝑncipio dicit ꝙ ſi expectati ꝑ ſex
mẽſes volũt redire ſpoliãdi ſunt eccl'ijs ſuis. ⁊ i
v̄.contra ſentit oppoſitum. So.ille.v̄.ꝯ habet va
rios intellectus.nam ꝑmo ſm gl.in v̄.ſpoliari de
bet tex.intelligi vt ponat vnũ caſum ⁊ ꝑncipium
intelligatur ꝙ dʒ ſpoliari.i.ſuſpẽdi ab adminiſtra
tione tẽpoꝛaliũ.v̄.ꝯ.de eodem facto loquens ag
grauat penã data ꝯtumacia in nõ redeundo .vt
excõicet ſeu ſuſpẽdatur ⁊ demum ꝑuetur.⁊ loq
tur iſte tex.ſm glo.in ꝑlato. Iſte intellectᵒ glo.
cõiter nõ recipit q2 iꝓꝓꝛiat lr̃am.vñ dat ſecũdᵒ
itellectᵒ ſᵐ Inno.⁊ alios vt v̄.ꝯ.ponat caſum ſe
paratũ a ꝑmo ⁊ loquat de ꝑlatis.ſ.ẽpis.vñ alia
lr̃a hʒ ꝯ alios ⁊c.⁊ ibi dr̄ a ſpũaliũ adminiſtratio
ne ⁊c.in regiſtro erat ab ẽpatus adminiſtratione
vt dicit Inno.ĩ.i ꝓhemio.vñ aduertẽduʒ ꝙ iſta
decretalis dirigit archiẽpo Pariſieñ ⁊ videtur
velle vt ꝯ ſb̄ditos iferioꝛes poſſit archiẽps ꝓce
dere.put dr̄ i ꝑn.vſq3 ad v̄.ꝯ.ibi vero loquẽs de
ẽpis ſuffraganeis iſtiᵒ archiẽpi dat aliũ modũ ꝓ
cedẽdi ⁊ merito q2 archiẽps lʒ poſſit ſuſpẽdere
⁊ excõicare ẽpos ſibi ſuffraganeos.vt i.c.ſacro.
de ſen.ex.⁊ nõ.i.c.vt litigãtes.de offi.oꝛ.li.vi.nõ
tñ põt eos deponẽ ſeu ẽpatibᵒ ꝑuare. vt i.c.iter
coꝛpoꝛalia.de trãſla.ꝑla.⁊.iij.q.vi. accuſatᵒ.⁊.c.
q̃zuis.⁊ iõ ſaluãdo hũc itellectũ aduerte q2 q̃te
nus tex.fac mẽtõeʒ de ferẽda ſuſpẽſiõis ⁊ excõi
catõis ſnĩa dirigit vba ſua ad archiẽpm.ſʒ q̃tenᵒ
mandat ꝑuationem fieri dirigit vba ſua ad lega
tum.⁊ intelligo ꝙ legatus hoc faciet ex ſpeciali
mandato pape.quia nullus citra papam poteſt
ꝑuare ẽpm nec ipm transferre.vt in.c.ꝙ trãſla
tionem.de offi.lega.⁊ in dicto.c.inter coꝛpoꝛalia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ex hoc intellectu habet̃ modũ coercẽdi ep̃os
ad reſidẽtiã vt p ſupiorẽ citra papã ꝯpellãtꝑ ex
cõmũicationẽ ꝛ ſuſpẽſionẽ. ꝛ ſi ſic nõ reſipuerit.
habet̃ recurſus ad papã q ſolus p̃uare põt. ꝛ po
terit ip̃e hoc cõmittẽ legato vel alteri ſi voluerit
ꝛ iſte intellectus ſic declaratus eſt verus ꝛ cõis.
Tertius itellectus ẽ vt. v. ꝯ. itelligat̃ de eoꝝ ſcõ
cũ p̃ncipio. ꝛ ꝓ hoc fac̃ illõ relatiuũ eos. ꝛ tũc di
co ꝙ tex. iſte voluit dare duplicẽ practicã ꝓcedẽ
di ꝯ abſẽtes vt poſſit ꝓcedi a p̃mordio ad p̃uati/
onẽ. vel ſi forte abſẽtia ẽ vtilis eccl̃ie poterit ꝓce
di p uiã excõicatõis ſeu ſuſpẽſiõis. vt ꝯpellat̃ re
dire. ſed nũc ob. lr̃a ſequẽs in eo qḋ dicit. ꝙ le/
gatus poterit illos remouẽ ab admiſtratõe. nã
h̃ poſſꝫ facẽ archiep̃s. põt dici ſaluãdo hũc itel/
lectũ. vt lr̃a itelligat̃ de oibꝰ ſubditis archiep̃i. vñ
reſpcũ iferioꝝ p̃latoꝝ citra ep̃os poterit archie
piſcopus ꝓcedẽ ad p̃uatõez. ut in p̃n. ſꝫ reſpectu
ep̃oꝝ hẽbit̃ recurſus ad ſupiorẽ. ꝛ ꝓ h̃ fac̃ qꝛ cõ
ſultatio erat gñalis de oibus clericis cuiuſcũqꝫ
ꝯditõis ꝛ ḡdus. ꝛ iſta lr̃a fuit nimis deciſa. ñ eni
erat ſic gñalis in regiſtro. ꝛ hũc itellectũ multũ
adiuuat iſta dictõ copulatiua ẽt i v. ꝯ eos ẽt ꝓce
dat̃. illa eni copulatiua ẽt icludit p̃cedẽtia q̃ſi ap
te inuat ꝙ ꝯ p̃dictos ñ ſolũ põt ꝓcedi. ut. s̃. dcm̃ ẽ
ſꝫ ẽt ꝓut ſeq̃t̃. ꝛ ꝓ hac dictiõe fac̃ qḋ nõ. j. i. c. i. de
ꝯmo. ¶ Quartus itellectus ut iſte v. ꝯ. nõ loq̃t̃
de clericis nõ reſidẽtibus ſꝫ de nolẽtibus obedi
re. ꝓ h̃ tex. ibi ad tuã obediẽtiã venire cõpellas
ꝛc̃. forte eni iſte archiep̃s fuit ꝯq̃ſtus. ꝙ gdã cle
ricoꝝ ſuoꝝ nolebãt reſidẽ in eccleſiis ſuis. gdã
v̓o etiã ep̃i ſuffraganei ſui nolebãt ſibi obedire
ꝛ ad utrũqꝫ r̃ndet̃ ut in lr̃a. ꝛ p hoc apparet itel
lectus huius. c. ¶ Tertio opp. ꝯ tex. in eo ꝙ re
grit edictũ trine citatiõis. nã vr̃ ꝙ unica citatio
ſimplicit̃ ſufficiat. ꝛ nedũ citatio ſꝫ ſimplex regſi
tio ꝛ reuocatõ. ut in. c. ex pte. s̃. eo. ꝛ ibi dixi. Itẽ
cũ nõ reſidẽtia ſit res notõia ut i. c. q̃ꝫto. de tñſla.
p̃la. ꝛ in notorio nõ dẽnt regri ſolẽnitates cita/
tionũ. qꝛ ordo iuris nõ ſuat̃ in eo. ꝓ q̃ cle. ſepe de
v̓bo. ſig. ꝛ tex. exp̃ſſus i. c. ad nr̃az. de iureiurã. ꝛ
c. bone de elec. Itẽ in alio iſtõ. c. ꝯdicit aliis iuri
bus qꝛ h̃ p̃ciſe regrit̃ expectatio ſex mẽſiũ ꝛ i. c.
p̃cedẽti dr̃ vt ſufficiat expectare ꝯgruo tp̃e. So.
intellige hũc tex. qñ abſens neſcit̃ vbi ẽ ſeu ita lõ
ge diſtat ꝙ cõmode pſonalit̃ citari nõ põt. nam
qꝛ hoc caſu recurrit̃ ad citationẽ p edictũ. indu
cũt̃ illa duo ſpãlia ut citatio ſit trina ꝛ abſẽs ex/
pectet̃ p ſex menſes ut ſic ut ſuppleat̃ defectus p
ſonalis citatiõis. Et aduerte qꝛ opi. ſũt qñ hꝫ lo
cũ iſta citatõ p edictũ. nã uidet̃ h̃ tex. exigẽ frau
dẽ abſent̃ ut pꝫ ibi fraudulẽt̃ abſentãt. Inn. itel
lexit multũ late. ut ꝓcedat nõ ſolũ qñ fuit abſẽs
in uera fraude de qua ꝯſtat. ſed etiã in ficta frau
de ſeu p̃ſũpta. vñ dic̃ ꝙ eo ip̃o ꝙ clericus ẽ abſẽs
ſine iuſta cã p̃ſumit̃ ẽẽ in fraude. Itẽ abſẽtãdo
ſe ẽ in magna culpa. ꝛ magna culpa eq̃pat̃ frau
di i. l. ꝙ nerua. ff. depoſi. ꝛ. ff. de v. ſig. l. magna ne
gligẽtia ubi dr̃ magna negligẽtia ẽ cl̃pa ſeu dolꝰ
ꝛ vide Inn. i. c. ſi. de eo q mit. i poſ. vbi dic̃ ꝙ vbi
cũqꝫ qs tenet̃ adeſſe i certo loco. ꝛ ibi nõ repit̃
p̃ſumit̃ abeẽ in fraudẽ. ꝛ ponit exẽplũ in clerico
q̃ ad eccl̃iaꝫ ſuã ꝛ i marito q̃ ad vxorẽ. Hoſt. itel
lexit hic Inn. de fraude in occultãdo ſe ne cita
ret̃. ꝛ hãc opi. videt̃ quo ad termios. c. ſequi. do
An. hic. qꝛ tex. hic vr̃ regrerẽ fraudẽ. Sꝫ aduer
te qꝛ hoc dictũ nõ ꝓcedit. nã ſi fraudulẽt̃ occul/
taret ſe ne citaret̃ nõ oporteret iteꝝ citare maxi
me trinis edictis ꝛ maxie expectãdo eum p ſex
menſes. nã tex. ẽ in oppoſitũ in. c. qm̃. §. porro. vt
lite nõ ꝯt. vbi tex. eq̃perat citatũ q noluit venire
ꝛ eũ q ſe occultat vel ipedit ne citatio ad eũ pue
niat ꝛ iõ dicit Inno. in. c. ad petitionẽ. de accu. ꝙ
occultãs ſe vel ipediẽs ne citet̃ nõ ẽ ãplius citã/
dus. nã citatio fit vt ꝯſtet de ſua ꝯtumacia. non
oportet ḡ gemiare citatiõez vbi ẽ certũ de ꝯtũa/
cia ſua. qꝛ in icertis nõ in certis opꝰ ẽ ꝯiecturis i
regula eſtote. j. de re. iur. ¶ Itẽ glo. magr̃a ẽ i cõ
trariũ. i. d. c. qm̃. § . porro. in. v. ſi v̓o. quã oẽs doc
ſequũt̃ dãtes regulã ꝙ vbicũqꝫ neſcit̃ vbi ſit ab
ſens vł ex qua cã ſe abſentauerit dꝫ ꝓcedi ꝓut h̃
dr̃ i p̃n. c. ꝛ pleniſſime vide ea q̃ dixi in. d. v. ſi v̓o
Cõclude ergo breuit̃ cũ q̃rit̃ de mõ ꝓcedendi ꝯ
abſẽtẽ bñficiatũ. aut eni ſcit̃ vbi ẽ aut ignorat̃. p̃
caſu nõ põt ꝯmode citari. ꝛ idẽ qḋ in ſequẽti mẽ
bro ſm̃ Inno. h̃. ſi v̓o põt ꝯmode citari tũc debꝫ
citari pſonalit̃ ꝛ p̃figi t̃minꝰ ſibi ꝯgruꝰ ad redeun
dũ determinãdus p ip̃m iudicẽ ſm̃ viaꝝ diſtãtiaꝫ
pſone ꝛ tp̃is qualitatis. ꝛ ſic intellige. c. p̃cedens
ꝛ ſĩlia iura. ꝛ ſi nõ redierit põt ſupior ꝓcedẽ ad
p̃uationẽ ſeu ad excõicationẽ ſeu ad petẽdã re/
ſtitutiõez ip̃ius clerici vt. d. c. placuit. ſi v̓o neſcit̃
vbi ẽ tũc ſerua qḋ habet̃ hic. debꝫ eni citari i ec
cleſia ſua p edictũ trine citatiõis ꝛ expectari per
ſex mẽſes. als̃ ſi nõ redierit poterit ꝓcedi ad p̃ua
tionẽ. plene tñ dixi in v. ſi v̓o. ¶ Ultimo q̃rit̃ nũ
gd h̃. c. ꝛ ſĩlia habeãt locũ in abſentibꝰ habẽtibꝰ
bñficia reſidẽtiã nõ expoſcẽtia ꝛ ꝯcludit h̃ Inn.
ꝙ nõ niſi vagaret̃ qḋ nõ. Ex quo colligo ꝙ licet
bñficiatꝰ nõ teneat̃ ex nã bñficij ad reſidẽdũ in
eo nõ tñ põt vagari immo ſolũ vagationis deli/
ctũ ẽ ſufficiens ad iſtũ p̃uandũ ſm̃ eũ ꝓ quo vij.
q. i. nõ oportet eũ ſequẽti. nec valet ꝯſuetudo vt
poſſit ſe abſentare vagando nec valeret lnia p̃la
ti. qḋ nõ. ꝯ iſtos ſimplicit̃ bñficiatos q vagãt̃ per
mũdũ ꝛ q̃nqꝫ efficiũt̃ ſtipẽdiarij. ꝛ nihilominꝰ te
nent bñficia in ptibꝰ vt q̃ꝫtũcũqꝫ illa bñficia ſint
ſimplicia ꝛ nõ exigũt reſidẽtiã pñt p̃uari ꝓpt̃ de
lictũ vagatiõis qḋ hñ nõ. ¶ In glo. ſi. ibi ſi ſub/
rogati nõ remouerẽt̃. hec glo. veriſſima ẽ reſpe/
ctu diſpẽſatiõis ſed dubiũ fortꝰ ẽẽt in reſtitutõe
vt ſi p verba gñalia reſtitueret̃ depoſitꝰ ad ſtatũ
ſuũ nũquid recupabit bñficiũ alteri collatũ ꝛ pu
to dicendũ ꝙ nõ p ea q̃ nõ. in. c. q̃ꝫuis. de reſcrip
li. vi. ꝛ qḋ nõ. Io. an. in regula ſine culpa in mer
cu. p legiſtas. in. l. ſi. C. de bo. ꝓſcrip. Et in ſi. glo.
dic̃ ꝙ in hac vltima q̃õne repiũt̃ tres opi. Pria
ꝙ ſi depoſitio fuit v̓balis põt ep̃us reſtituẽ. ſecꝰ
ſi fuit actualis degradatio. qḋ tenet gl. ij. q. vi. iõ
Secũda opinio vt diſtinguat̃ iter depoſitũ ꝓpt̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

crimē ⁊ ꝓpter ↄtumaciā.p̄mo cāu papa reſtituit
z°. inferioꝛ.quod tenuit glo.vij.q.i.ſi qs p̄ſbyter
⁊ has duas opiniones referūt h̄ doc. Sed vide
tertiā opi.i.c.epſ.xij.q.iij.q̄ dicit ꝙ ſi degradatō
fuit iniuſta puta p falſos teſtes ⁊ pōt epſ reſtitu
ere.alʼs ſecꝰ. Cōcordādo has opi. poſſumus ſic
dicē.ꝙ aut depoſitio fuit verbalis ⁊ poteſt epſ
diſpēſare.⁊ hoc in caſibꝰ i qbꝰ a iure ſibi cōcedi
tur diſpēſatio vt in adulterio ⁊ minoꝛibꝰ.vt in.c.
at ſi clerici.§.de adulteris.de iudi.vnde itelligo
iſtū tex.vt ꝓcedat etiā pꝰ depoſitionē ꝟbalem ⁊
vide qō ibi latiꝰ dico. In maioꝛibꝰ vero n̄ pote
rit reſtituē cū in eis diſpēſare nō poſſit. Si vero
depoſitio fuit actualis aut allegaẜ cā legitima vt
puta p falſos teſtes facta.⁊ pōt epſ reſtituē ⁊ ita
ꝓpe loqẜ tex.in.d.c.epſ.aut non allegaẜ cā talis
vel ſimilis.ſed petitur reſtitutio ex ſola gratia.⁊
tunc non poterit epiſcopus diſpenſare.qꝛ iſte de
gradatus actualiter eſt exutus omni priuilegio
clericali.⁊ relictus iudicio iudicis ſecularis.vt i
c.degradatio.de penis.li.vi.

# De fraternitatis.

Priuilegiatꝰ vt abſēs i ſtudio fru
ctꝰ p̄bēde recipiat exiſtēs i villa vl' caſtello vbi nul
lū ē vl' minꝰ ↄpetēs ſtudiū ꝓuilegio n̄ vtiẜ.h.d.ꝓ
q̄ſtio.z°. rñſio.ibi ad qō. Pri°. nō ꝙ cā ſtudioꝝ
p̄ſtat legitimā cām abſētie ad fructꝰ bñficij in ab
ſentia ꝑcipiēdos.nūquid aūt ſit neceſſaria indul
gentia hōis.j.latius ſbijciam. Secundo nota ꝙ
dr̄ia ē iter villā ⁊ caſtellū.nā villa ꝓpe eſt plura
litas domoꝝ ſine muris.⁊ dr̄ villa q̄ſi vallis val
lata. Caſtellū pōt dici qn̄ ibi ſunt menia.⁊ nō ga
dicit caſtella ⁊ non caſtra.nā caſtꝝ ꝓpe eſt fortili
cium.⁊ dr̄ caſtꝝ quaſi caſa arta.qꝛ fortiliciū non
dꝫ eē nimis ſpacioſuꝫ.vt indigeat paucis ad cu
ſtodiā.⁊ de his ⁊ de ſimilibꝰ vide Jo.an.in.c.ſi
ciuitas.de ſen.ex.li.vi.qō nō. Nō z°. ho. arg.ex
tex.ꝙ in villa vel caſtello pōt eſſe ſtudium lr̄arū
⁊ de hoc.j. Nō quarto ibi exercitium ſtudio
rum.ꝙ vbi nō eſt exercitium ſtudij nō dr̄ eē ſtu
diū ↄpetens. Et ex illo v°.exercitiū inferūt doct.
ꝙ ibi debēt eē ſcholares exercētes illā ꝓfeſſionē
Ex q̄ nō ꝙ multū ↄfert ꝙ in loco ſtudij ſint mlti
⁊ valentes ſcholares.qꝛ ꝓpẜ eoꝝ exercitiū iuue
nes recipiūt maximū incremētum.⁊ nō ꝙ paria
ſunt nullū in loco eſſe ſtudiū vel minꝰ ↄpetens.⁊
nō quod dixi in ſūmario ꝙ habens ꝓuilegiū vel
licētiam eundi ad ſtudiū nō pōt tñſferre ad locū
vbi ſtudiū eſt minꝰ ↄpetēs. Vltimo nō ibi ac
cepta licētia ꝙ ꝓuilegiatꝰ vt poſſit ire ad ſtudiū
dꝫ habere licentiā a p̄lato ſuo.in hoc tamen dic
attēdendū eē formā ꝓuilegij. Et ex illo v°.accepta
Nō doc.ꝙ nō ſufficit petere ſi non optineaẜ ſi tñ
ſupioꝛ ſine cā ↄdicit pōt haberi recurſus ad ſu
perioꝛem.vt cū ↄpellat dare licētiam.ar.c.nulꝰ.
de in.pa.ſ'm Hoſti.⁊ de hoc dixi in.c.relatū.§.c.
qō faē ad.q. Statuto caueẜ vt mulier non poſſit
ↄhere ſine licētia duoꝝ agnatoꝝ ꝓximoꝝ.illi req
ſiti nolūt dare licētiā.dic ꝙ p p̄dicta pōt recurri

ad ſuperioꝛē iudicē loci vt ↄpellat eos dare licē
tiam niſi alʼs allegēt iuſtā cām ↄdictōis.ꝓ q̄ faē
qō nōt Bar.i.l.cū n̄ ſolū.C.de bo.q̄ li.⁊.l.ſi ↄſtan
te.ff.ſo.ma. In glo.i.ibi ciuitatibꝰ.idē nō.gl.
in.c.epi.lxxx.di.ſed do. Rychar.malum.vt re
fert Bar.in ꝓhemio ff'oꝝ.tenet ꝙ hodie poſſūt
legi iura vbiqꝫ.nō enī ē timoꝛ vt ꝑuertanẜ cum
volumina ſint hodie notiſſima ⁊ mlt'ū ↄmentata
Bar.tenuit p̄mā opi.p illū tex.ſꝫ audio ꝙ alibi
tenuit ↄriūm.⁊ ſatis poſſet dici ꝙ iura vbiqꝫ poſ
ſint legi.ꝓ q̄ optīe facit iſte tex.in ar.vbi ſolū dā
naẜ ꝙ in villa vel caſtro nullum erat vel minꝰ cō
petens ſtudium vel exercitium ſtudioꝝ.ſꝫ talis
locus non hꝫ nec habebit ꝓuilegia ſtudij gn̄alis
vt ibi poſſint aliq doctoꝛari.oꝫ enī ꝙ huic loco i
dulgeaẜ a p̄ncipe vel p ↄſuetudinē tanti tēpoꝛis
cuꝰ memoꝛia nō ē in ↄriūm.ſicut dicitur de ſtu
dio Paduano. ⁊ ſic itelligo glo.in cle.dudūꝫ.§.
ſtudijs.de ſepul.⁊ ſic pōt intelligi ↄria opi.vide
tñ gl.in cle.ij.de magiſ.q̄ ſentit ꝙ de iure cōi poſ
ſit epſ ↄſtituē doctores ⁊ fuit opīo Ho.ſed cōiẜ
teneẜ oppoſitū.⁊ ita hodie ſuaẜ de cōſuetudine
vt habeaẜ ꝓuilegiū a papa vel impatoꝛe. In
glo.ij.in fi.nō gl.⁊ pōt dubitari nūqd teneatur
iſte ſe ↄferre ad ſtudiū gn̄ale.⁊ dr̄ gn̄ale mō p̄di
cto p ꝓuilegiū vl' ↄſuetudinē.aliq tenuerūt ꝙ ſic
qꝛ appellatōe ſtudij debemꝰ itelligē d gn̄ali.ar.
§.q̄tiens.inſti.de iure nā.gen. Ho.h̄ dicit ꝙ ſi nō
in fraudē ↄfert ille ſe ad villā vel caſtellum.vt qꝛ
ibi eſt ſummus doctoꝛ ⁊ ↄpetens exercitium ſtu
dioꝝ tūc ſatis gaudet priuilegio.ꝓ hoc facit iſta
lr̄a vbi ſolū ponderatur ꝙ ibi nullū erat vel mi
nus ↄpetēs exercitiū ſtudioꝝ.qō ſatis mihi pla
cet vt ↄſideramꝰ potiꝰ mētē ꝓuilegiantis q̄ꝫ vba
nā ꝓuilegiū eſt indultū vt poſſit ꝓficē in ſtudio ⁊
ſcia non aūt rōne loci.naꝫ cathedra nō facit ma
giſtꝝ ſed magiſter cathedrā.xli.di.non loca. Ex
glo.q̄riẜ de q̄ indulto loquiẜ iſte tex. Jo.an. dic
ꝙ pōt itelligi de indulto a ſtatuto vel cōſuetudi
ne ſeu ſpāli ꝓuilegio iuris vel hominis. Ex qbꝰ
vbis nō ꝙ valeat ſtatutū factum in eccleſia.vt ab
ſentes cā ſtudij participēt fructꝰ bñficioꝝ ſuoꝝ
⁊ idē dicēdū in ↄſuetudine. Et nō h̄ vltimū.nam
potes h̄ ↄiungē cū his q̄ dixi in.c.precedenti.⁊.c
qualiter.nā in multis locis de ↄſuetudīe bñficia
tus ↄfert ſe ad ſtudiū nō petita licētia a p̄lato.⁊
ꝑcipit fructꝰ in abſētia.valet enī hec conſuetudo
q̄ ad vtrūqꝫ. Intellige tñ ꝙ eccleſia nō patiatur
graue detrimētū in diuino cultu.nam tunc poſſꝫ
reuocari abſens non obſtante ſtudio vel conſue
tudine vel ꝓuilegio.vt diceẜ in.c.ad audientiam
⁊.c.ſe.j.e.ſed quatenꝰ dicit Jo.an.de priuilegio
iuris vel hōis eſt dubiū q ſunt a iure ꝓuilegiati
ſeu q hōies pñt hoc ꝓuilegiū ↄferre. Hoſti.i ſum
ma de magiſ.§.fi.dixit ꝙ ſtudētes dumtaxat in
theologia ſint ꝓuilegiati a iure.vt p quinquēnium
ſtudeant ⁊ fructꝰ ꝑcipiāt in abſentia.h̄ probatur
in.c.fi.j.de magiſ.archy.in.c.quibuſdam.xxxvij
di.⁊.in.c.ij. de priuile.li.vi. tenuit ꝙ eodem
priuilegio gaudeant etiam ſtudentes in iure

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in.d.c.ij. Aduerte q2 vba iuris proprie nõ adaptant̃ niſi ad ſtudẽtes in theologia. vt. d.c.fi.nec videt̃ eadẽ rõ in ſtudentibus in aliis ſciẽtiis.ar. optimũ in.c.ſup ſpecula.de puil.vbi in fauorem theologie facultatis.pbibet̃ ne Pariſius vl'i locis vicinis legat̃ ius ciuile vt magis amplieꝫ ſtudiũ theologie.ſ3 ꝯſiderando mẽtẽ alioꝝ iuriũ.ꝛ q2 eccl'ia vl'is nõ põt regi ſine iure pſertĩ3 canonico.c.i.de ꝯſãg.ꝛ affi.vbi voluit hoſt.ꝛ cõit doc ꝙ ceteris parib⁹ Canoniſta pferat̃ theologo in plaſura vbi nõ ſũt multi heretici põt dici maxĩe in fauorẽ ſtudentiũ ꝙ gaudẽt tali puilegio qm̃ ꝑmouent vtilitatẽ vl'is eccl'ie.qð ꝓbo aptiſſime p.c.cũ ex eo.de elec.li.vi.ꝛ ſeruiẽſ eccl'ie vl'i d3 reputari reſidẽs.ar.c.cũ dilect⁹.j. eo.ꝛ ſaltem puto ꝙ ep̃us poterit diſpenſare vt abñs cã ſtudij pcipiat fructus in abſentia etiã ſi ſit bñficiũ curatũ per tex.nõ.in.d.c. cũ ex eo.nã ibi ep̃us diſpẽſat.vt.pmot⁹ ad eccleſiã parrochialẽ non teneat̃ facere ſe.pmoueri infra annũ ad ſacerdotiũ ſed cã ſtudij poſſit differre vſq3 ad ſeptẽniũ ꝛ ponit̃ ibi vicarius cui dat̃ tm̃ certa portio ꝛ reliquos fructus percipit abñs cã ſtudij.ꝛ idẽ videt̃ dicẽdum in docẽtibus.vt in.d.c.fi. Si ergo ep̃us diſpenſat ibi in grauiori caſu ꝛ vt ita dixerĩ3 i duobus.forti⁹ vbi beneficiũ eſt ſimplex ꝛ facit.c.relatũ3.ſ.eo.vbi ẽ bon⁹ tex.ꝛ puto ꝙ i bñficiis ſimplicib⁹ nõ tenet̃ qs ponere vicariũ.q2 de eo nullam faciunt iura mentiõe3. vt hic ꝛ.d.c. fi.ſecus vbi fit mentio de eccl'iis curatis.vt.d.c.cũ ex eo.

[13] **Ex parte** Qui iurauit̃ i eccl'ia reſidere ꝓ ſeruitiis eccl'ie licite ſe abſentat.h.d. Cõis diuiſio.ſcða ibi poſtulaſt. ¶ Primo nõ ꝙ iuramẽtũ pſtãdũ tpe.pmotiõis de reſidẽtia facienda nõ eſt a iure iprobatũ.dicũt tñ hic doct. ꝙ forte in iſta eccl'ia erat ſtatutũ vel ꝯſuetudo vl' erat iſte ſuſpectus de nõ reſidẽdo. quaſi ex his vbis ſentiãt ꝙ ceſſantib⁹ pdictis non ſit exigendũ de cẽ iuramentum qð ſatis mihi plac3.ſed vbi ceſſat ſuſpitio ꝛ puilegiũ vel ſtatutũ vel ꝯſuetudo nõ d3 artari ad iuramentu3 ex quo iura hoc nõ introducũt.ar.c.dilecti.ꝛ.c.legebatur.de ma. ꝛ obe.facit.c.clericos.ſ. de coha. cle.ꝛ mul.vbi habet̃ ꝙ nõ ẽ deferendũ iuramẽtũ ſuſpecto de ꝯuentõe. ¶ Nõ ſcðo vnũ dictũ mirabile ex iſto tex.ꝙ iuramẽtũ verificat̃ in caſu ficto. nã iſte iurauit reſidere ꝛ dicit̃ ꝙ nõ minus ſeruat iuramentũ ſe abſentãdo ꝓ negociis eccl'ie. q2 cẽſeri debet reſidẽs.ꝛ hoc vr̃ cõn tex.in.c.ad noſtram el.i. de iureiurã.vbi habetur ſm̃ cõem lec.ꝙ iuramentũ debet verificari in forma ſpecifica ꝛ non in caſu ficto.nã ibi iurauit debitor non moleſtare debitorẽ ſup pignore donec ſoluerit ſibi creditum ꝛ ꝯcludit̃ nõ ſufficere ꝙ ſit creditori ſatiſfactum ex fructib⁹ pignoris.ſed opor3 ꝙ fiat p⁹ ſolutio realis creditori.ꝛ inde ſatis fiete ſoluit ex quo pcipit debitũ ex fructib⁹ pignoris. Itẽ facit.l.lutius.de ꝯdi.ꝛ demõ.ff.vbi patet ꝙ conditio debet adimpleri in forma ſpecifica ꝛ.l. qui heredi.eo.ti. Cõtrariũ vr̃ difficile ꝛ.pñc põt dici ꝙ vbi obſeruãtia iuramenti in caſu ficto nõ tendit in aliquã leſionẽ illi⁹ cui fuit pſtitũ imo ſubẽ cã large intelligendi iuramentum.tũc deb3 iuramẽtũ verificari etiã in caſu ficto vt hic.ſecus vbi iuramẽti obſuantia tẽdit in fauorẽ alteri⁹ nec verificat̃ ita in caſu ficto imo poti⁹ ꝯ itentum quo caſu poſſet habere locũ cõtrariũ. Sed quero q̃lit̃ teneat̃ quis ad reſidẽtiã.dicũt hic doc. ꝙ nõ d3 hoc amare intelligi vt nũq3 inde diſcedat.ſatis eni eſt ꝙ tẽporibus debitis ibi reſideat.arg.de ꝯſe.di.v.nũq3.xxxvij. di.de quibuſdã.ꝛ.qð le.ꝛ nõ.in.c.fi.de verb.ſig.li.vi.facit optie.l. ſi qs ita legauerit.ff.de cõdi.ꝛ demõ.ꝛ.l.quid ſit fugitiu⁹ ff.de edi.edic. ¶ In glo.i.ibi in eadem ꝓuintia dic ꝙ.ppꝛie dicit̃ pſens ille qui intelligit ea que gerunt̃ ibi.xi.q.iij.eoꝝ.ꝛ.l.diem.pferre.§. coꝛa3 ff.de arbit.ſed aliis reſpectib⁹ iproprĩat̃ iſtð verbum ꝛ vario mõ ſumit̃ vt in glo. ¶ In gl.fi.ibi ad ea de quibus non fuit cogitatum.glo.contra hoc opponit ꝛ non ſoluit.Hoſti. dicit ꝙ ad connexa extendit̃ iuramentum vt hic.ſed ad extranea non.vt in cõtrario Jo. an.dicit ꝙ ſalua reuerentia glo.ꝛ Hoſtiẽ.hoc non colligitur hic forte vult dicere ꝙ iſtud potuit cogitari.ꝛ dic ꝙ cum iſtud iuramentum ſit preſtitum in materia iuris debet intelligi ſm̃ materiam ſubiectam. vt probatur in.c.ſequenti.ꝛ vide pulchꝛ dictũ Inno. in.c.per tuas.de arbi.vbi ſingulariter dicit ꝙ iuramentũ ſimpliciter preſtitum in materia ſui natura alternatiua debet intelligi alternatiue.ita dicamus in ꝓpoſito ꝙ cum ius non artat ad reſidendum indifferenter imo pmittit abſentiam ex cauſa legitima ita debet intelligi iuramentũ ex quo habes aliam rationem decidendi ad literam et corroborat̃ dictum ſequens vt in glo. vt.p.ppꝛio negocio poſſit ſe abſentare.quia hec eſt cauſa legitima petita tñ l'nia.vt in.c.relatum ſ.e. Sed extra glo.queritur nunquid is qui habet̃ pro pñte debeat gaudẽ omni bñficio pſentium. Archi.in.c.fi.de ꝯſue.li.vi. dicit ꝙ gaudet ſolum his que competunt preſentibus de iure cõmuni. ſecus in cõpetentib⁹ de iure ſpãli. puta ſtatuto vl' ꝯſuetudine.quia hec iura ſpecialia debent ſtricte intelligi. Jo. an.dicit ꝙ ſi habet̃ pro reſidente puta q2 eſt in ſeruitio pape vel ep̃i.tũc hẽbit̃.p pñti quo ad oĩa.ſec⁹ ſi eſſet ꝯceſſum priuilegiũ.vt poſſit pcipere fruct⁹ in abñtia tũc eni3 dicendũ qð non habeat̃ ꝓ pſente quo ad alios effectus.ꝛ ex hoc eſſet inferendum ꝙ ſi ex puilegio qs deb3 haberi.p preſente ſeu.p ciue debet gaudere omni puilegio pñtium vel ciuiũ etiam in cõpetentib⁹ de iure ſpeciali.quod ſatis placet

[14] **Cum dilectus** Familiar l.pape nõ obſtãte ꝯſtõne cõtraria pbẽde ſue fruct⁹ pcipit in abñtia. h.d.p dictũ.ſcðo ei⁹ rõ.ibi cum familiaris. ¶ Nõ p ibi i nr̃o ſeruitio ꝙ nõ oẽs reſidẽtes i curia romana gaudẽt progatiua pcipiẽdi fruct⁹ in abſentia.ſed

opoꝛteret ꝙ ſint in ſeruitio pape. ⁊ an oẽs in eiꝰ
ſeruitio exiſtentes gaudeant hoc priuilegio di/
cã in. c. ſe. ¶ Nõ 2ᵒ. ibi familiares ꝙ exñtes in
ſuitio aliċꝰ dicunť ſui familiares eſt tñ vbũ val
de latũ. naʒ ⁊ domeſtici dicunť familiares de q̃
in. c. in lr̃is. de teſti. ¶ Nõ 3ᵒ. ibi ſe obſeqales
⁊ c̃. ꝙ exñtes in ſuitio pape dicũtur ſuire vniuer
ſali eccľie. ⁊ facit h̃ lr̃a in argumẽtũ ꝙ ſuitiũ ec/
cľie vniuerſalis dẽat facere quẽ reputari ñ p̃ñte
¶ Ultio nõ ibi minoꝛi nõ debeãt ꝙ iſti abñtes
q̄ cenſenť reſidere debẽt in oĩbꝰ gaudere ꝓroga
tiua p̃ñtiũ. ⁊ ſic vř ꝙ etiã in his q̃ ꝯpetũt de iure
ſpẽali debeãt reputari p̃ñtes. ⁊ facit ꝓ Jo. an. in
eo qđ dicit ꝯ archidi. in. c. ſi. de ꝯſue. li. vi. tetigi
aliq̃liť in. c. p̄cedẽti. ¶ Sʒ q̃riť ꝓ declaratõe pre
dictoꝝ nũqd oẽs officiales curie gaudẽt h̃ ꝑui/
legio doc. h̃ ſentiũt ꝙ nõ. ⁊ ſatis ꝓbat h̃ lr̃a dũ di
cit in ſuitio nr̃o. Sũt eni in curia qdã nõrij qui
ſtãt p̃ncipaliť ꝓpť lucrũ. nõ aũt ad ſuiẽduʒ pape
nec vniuerſali eccľie ⁊ dũ negociũ occurrit poti
us ſuiť eis q̃ʒ ecõtra. Reſtrigẽda eſt ğ h̃ lr̃a ad
exñtes in ſuitio pape. vt ſunt capellani vel ſiľes
vľ niſi eẽnt ibi officiales trahẽtes ibi moꝛã ex p̃
cepto pape. nã ſatis dicunť abeſſe cã rei publice
vt. l. ſʒ ⁊ ſi ꝑ p̃toꝛẽ. in ſi. ⁊. l. reipublice. ff. qui. ex
cau. ma. In glo. i. in ſi. ideʒ tʒ Hoſti. ſʒ Jo. an.
tʒ ꝯriũ. qꝛ cũ h̃ ꝯſtitutio tm̃ diſponat id qđ ius
cõe nõ eſt neċe in reſcripto de ea facẽ mentõem
quẽadmodũ nec de iure cõi ⁊ tene mẽti h̃ dictũ
⁊ vide glo. nõ. in. c. i. de ꝯſti. li. vi. ¶ Et nõ. ex h̃
⁊ ex tex. ꝙ ꝯſtitutio diſponẽs i mã iuris nõ iclu
dit in ſe caſũ aľs exceptũ a iuř cõi ſeu caſũ fictũ
a iure cõi. nã de iure cõi ẽ ꝙ nõ reſidẽs fructꝰ ñ
ꝑcipiat. ſʒ familiaris pape excipiť ſeu cẽſeť reſi/
dere. vñ ꝯſtitutio ſimpľr dictans vt nemo hẽat
fructꝰ in abñtia nõ includit caſuʒ a iure exceptũ
imo verificať in caſu ficto a iure q̄ hẽtur ꝓ vo. ⁊
ſic habes caſuʒ in q̃ ſtatutũ v̄ificať in caſu ficto
ꝯ nõ. in. l. iij. §. h̃ vba. ff. de negl. gl. ⁊. c. in nr̃a. đ
iniur. ⁊ iđ eſt qꝛ ius i h̃ equipat caſũ v̄m ⁊ fictuʒ
vñ ꝯſtitutio diſponẽs rľariť id qđ ius dʒ recipe
oẽs limitatões ⁊ intp̄retatões iur. qđ ꝑpetuo nõ
⁊ clariꝰ ꝓbať in. c. ſe. vbi tãgã ſecꝰ dic vbi ſtatutũ
eẽt pċeť vľ ꝯ ius ⁊ odioſũ tũc nõ v̄ificať in caſu fi
cto. ſʒ v̄ba debẽt intelli ꝓpꝛe ⁊ in ſuo ꝓpꝛo ſignifi/
cato ⁊ ſic intelľe illã. l. iij. ⁊. c. i nr̃a. facit ad mãʒ
qđ nõ. ꝑ Bar. in. l. oẽs ppľi. ff. de iuſti. ⁊ iuř. vbi
tractat an ſtatutũ recipiat intp̄retatõeʒ reſtricti/
uã vľ extẽſiuã. ⁊ optie facit. l. ij. C. de noxa. ⁊. c.
ex pte. iij. de. v̄. ſig. ¶ In glo. ij. ibi tanq̃ʒ vni ex
reſidẽtibꝰ dicit Jo. an. ⁊ bñ ꝙ h̃ v̄ba non ſuffice
rẽt vt iſte deberẽt ꝯſeq h̃ victualia q̃ aľs appellã
tur q̃tidie diſtributões. ratio qꝛ diſtributões nõ
danť reſidẽtibꝰ ſʒ inteſſentibus diuinis. vt le. ⁊
nõ. in. c. i. e. ti. li. vi. ex q̃ nõ ꝙ verbum reſidere
verificať in eo q̄ eſt in loco bñficij lʒ nõ ſemp inť
ſit diuinis officijs. ¶ In glo. ſi. in ſi. aduerte qꝛ
glo. ſolũ vř excipe exñtes in ſeruitio pape ⁊ epi
vñ dubitať qd de exñtibꝰ in ſuitio legati. doct.
cõiter videnť ſentire ꝙ idẽ ſit in legato qđ i epo
q̃ʒtũ ad ꝓuinciã ſuã ar. in. c. ij. de offi. lega. li. vi.
nec obſtat. c. ſane. j. de ꝑuiľ. vbi dř ꝙ ꝑuilegiũ ñ
eſt extẽdendũ ex idẽtitate rõis. qꝛ iſtđ nõ eſt ꝑ/
uilegiũ ſʒ ius. ⁊ ſic ſenſcũt vt dixi cõiť doc. ſʒ ego
dubito vtꝝ h̃ dictũ ſit veꝝ. p̃ qꝛ nõ eſt eadẽ rõ in
legato q̃ in papa. ⁊ maxie qꝛ aliq p̃ñt eſſe in ſui
tio pape. ⁊ aliq in ſuitio legati ⁊ ſic eccľia patere
ť defectũ miſtroꝝ nec eſt eadẽ rõ q̃ i epo qꝛ eps
facit vnũ coꝛpꝰ cũ canonic. vñ ẽ maioꝛ ꝯmunio
inť eos q̃ʒ inť legatũ ⁊ canonicos. ar. c. regſiſti.
j. de teſta. ⁊. c. q̃ʒto de his q̃ fi. a pla. ſine cõ. cap.
Et ꝓ h̃ qđ nõ. doc. in. c. ſe. vbi reuocãt in dubiuʒ
nũqd clerici ñ canonici exñtes in ſuitio epi gau
deãt hac ꝓrogatia ⁊ ꝓ maioꝛi pte videť teneř ꝙ
nõ qꝛ iure cautũ eſt de canonicis q̄ faciũt vnum
coꝛpꝰ cũ epo. Itẽ põt argui in legato ſicut argui
mus in clericis inferioꝛibꝰ ad epm ⁊ tanto ma/
gis. qꝛ ptãs legatoꝝ eſt ſupindicta ſeu extoꝛdia
ria iđ reſtringẽda vt dicit glo. nõ. in cle. ij. de of.
oꝛ. Itẽ h̃ mã eſt dãnoſa ipis eccľijs ⁊ diminuiť
cultꝰ diuinꝰ. ğ potiꝰ ſunt reſtringẽda q̃ʒ relaxã/
da ex qbus inferť qd dicẽdũ de familiaribꝰ car
dinaliũ ſunt opi. Sʒ Jo. an. dicit ꝙ hodie papa
ꝯceſſit oĩbus cardinalibꝰ hãc ꝓrogatiuã reſpc̃u
familiariũ. vñ de iure poſſet attẽtari aliud p̄di/
ctis rõibus. ſʒ ad vnũ diligenť aduertas in p̄cti/
ca. nã mľti impetrãt lr̃as familiaritatis cardina
liũ q̄ nõ ſũt vere familiares cardinaliũ. ſʒ faciũt
vt gaudeãt ꝑuilegio familiariũ. nã in nullo gau
dere debẽt ꝓ q̃ tex. in. c. p̄ce. ⁊ bonꝰ tex. in. c. fi.
de. v̄. ſig. li. vi. ¶ Dubitať etiã in exñtibꝰ in ſui/
tio archiepi. doc. dicũt ꝙ nõ hẽat locũ h̃ in eis.
ar. c. paſtoꝛalis. ⁊. c. duo ſiľ. de offi. oꝛ. ſʒ intelľe
h̃ reſpectu clericoꝝ ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ. qꝛ in illľ
nullã hʒ ptãtẽ vltra caſus i iure ꝯceſſos. vt in di
ctis iuribꝰ. ſʒ in clericis ſue dioceſis idẽ dicẽdũ
qđ in epo cũ ipe ſit eps i ſua dioceſi nec dʒ gau
dere minoꝛi ꝓrogatiua immo maioꝛi q̃ʒ eps in
ſua ꝓpť excellẽtiã ſue dignitat. an aũt oẽs cano
nici exñtes in ſuitio epi gaudeãt hac ꝓrogatiua
dic ꝙ nõ ſʒ reſtringe vt dicã in. c. ſequẽti

## AD audientiam.

Duo canonici abñteſ cũ epo ſeu in eiꝰ
ſuitio fructꝰ p̄bẽdaꝝ ſuaꝝ ꝑcipiũt in abñtia ꝯſti
tutõe eccľie ꝯria ñ obſtãte. h̃. d. Due ſũt ptes 2ᵃ
ibi decernimꝰ. Primo nõ vnũ dc̃m ſatis nõbile
ꝙ ſtatutũ diſponẽs in mã iuris ⁊ excipiẽs duos
caſus aľs a iuř exceptos ñ vř includẽ alios caſꝰ
ꝓrꝰ ꝯſiľes a iuř exceptos ⁊ h̃ iđ qꝛ exq̃ diſpõit
in materia iuris ⁊ nõ agit ſpecifice derogare iu
ri recipit oẽs limitatões iuris. nã de iure nõ reſi
dẽtes ꝑuanť fructibꝰ ⁊ excipiunť infirmi ⁊ exñ/
tes in ſuitio pape vel epi. ſtatutũ vero de q̃ hic
excipiebat ſolũ duos caſus nec ꝑ h̃ excludit ter
tiũ caſum immo intelligiť exceptꝰ ſicut excipiť
a iure cõi qđ vř mirabile ꝯ illã regľaʒ ꝙ exceptõ
firmat regulã in caſibꝰ non except. l. xxxij. q. vij.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dñs. ⁊ fac̃ h̃ lr̃a optic̃ i ar. ꝙ ſic cãus except⁹ a iu
re extẽdit ad ꝯſilẽ; cãu; ꝓpt̃ idẽtitatẽ rõnis. ꝓ
bat̃ i. c. cũ dilecta. de ꝯfir. vti. nõ. glo. i. l. i. C. de
ꝯdi. idebi. ita ⁊ cãus except⁹ a ſtatuto vbi diſpo
nit ſtatutũ i mã iuris vt ꝓbat̃ h̃. ſi ãt diſponẽt ꝯ̃
ius vl̃ ꝑcẽ forte dicerẽ oppoſitũ. qa cãus expſ̃
ſe nõ ꝓuiſus i ſtatuto relinqt̃ diſpõni iur]. ꝯis. ar
i. l. cõmodiſſime. ff. de libe. ⁊ poſt. ⁊ c. ſuſcepti. d̃
Reꝑt. li. vi. ⁊ i. c. nr̃a. d̃ iniur]. Et nõ ꝑncipalr̃ ex
ꝑdict̃ ⁊ ex tex. ibi cũ abſent̃ dici nõ debeãt ⁊c̃. ꝙ
ſtatutũ diſponẽs i mã iur]. viſicat̃ ẽt in cãu ficto
qñ cãus fict⁹ ẽ ver⁹ vl̃ eqꝑat̃ a iure qḋ ẽ ẽt bene
nõ. ⁊ clari⁹ ꝓbat̃ h̃ q̃; i. c. ꝑce. Et aduerte qa pa
pa hic nõ itẽdit idulgẽ ep̃o nec ſtatutũ de nouo
facẽ ſ; poti⁹ rñdit de iure iterꝑtãdo ſtatutũ p;
ex. v̄. decernim⁹. ⁊ ex rõe quã allegat. Ultio
nõ ex fi. lr̃e ibi ꝯmorant̃. iũcta glo. i v̄. vt duo. ꝙ
ep̃s põt hr̃e ſecũ duos ex canõicis eccl̃ie ſine ad
ſibi ſuiẽdũ ſeu eũ aſſociãdũ. Et nõ. ſup iſtã gl.
q̃ videt̃ velle ꝙ ep̃s poſſit ad h̃ cogẽ canonicos
qḋ nõ memini alibi ita expſſum. In glo. i. i fi.
⁊ põt dici ꝙ h̃ ſtatuerũt cũ tãta ſolẽnitate vt tol
lerẽt excuſatões q̃rũdã fundãtiũ ſe forte ſup cõ
ſuetudĩe eccl̃ie de nõ reſidẽdo. vl̃ forte ſm Ho.
⁊ doc. ꝯſuetudo h̃ erat i oppoſitũ. vñ voluerunt
ſtatuẽ ꝯ̃ ꝯſuetudie;. ſ; circa h̃ iſurgit nõ. dubiu;
nũqd ep̃s cũ maiori pte canõicoꝝ; poſſit ſtatuẽ
tollẽdo ꝯſuetudie; i ꝯ̃riũ vt canõici teneant̃ fa
cẽ reſidẽtiã. ⁊ ſentiũt doc. ꝙ ſic dũmõ h̃ fiat ꝑn
cipalr̃ ꝓpt̃ vtilitatẽ eccl̃ie vt qa patit̃ defectũ in
miniſtris ⁊ ꝑſumit̃ h̃ ſi ꝯuertũt fruct⁹ abſentiũ i
ſubrogãdis vl̃ al̃s i vtilitate eccl̃ie. ſec⁹ ſi vellẽt
ſibi lucrifacẽ fruct⁹ abſentiũ. qa tũc videñt h̃ fa
cẽ ꝓpt̃ ꝓp̃a ꝯmoda ⁊ ñ valẽt ſtatutũ. vt i. c. cum
oẽs. de ꝯſti. Poſſ; iudicio meo iſta queſtio lati
us tractari ⁊ extẽdi. nã dicerẽ ꝙ vbi eccl̃ia ex ta
li ꝯſuetudĩe patit̃ enorme ꝑiudiciũ in diuinis ꝙ
tũc etiã ſolus ep̃s reqſito ꝑus conſilio capl̃i po
terit h̃ ſtatuẽ ſiue capl̃m velit ꝯſentire ſiue non.
ad h̃ qḋ nõ. i ſili i. c. ij. de ꝯſti. li. vi. i nouella. nã
ꝯſuetudo q̃ icipit eẽ multũ grauoſa eccl̃ijs ẽ re
uocãda. ar. c. i. de his q̃ fi. a ma. par. ca. nã ⁊ ꝑui
legiũ aplĩcũ h̃ cãu reuocaret̃ vt videbit̃ i. c. ſe. ſ;
vbi nõ eẽt tm̃ ꝑiudiciũ. qa eccl̃ia hñ h; ml̃tos mi
niſtros. ⁊ tũc poſſ; dubitari nũqd ẽt cũ maiõi pte
capl̃i poſſit ep̃s i ꝑiudiciũ ſinguloꝝ tollẽ ꝯſuetu
dinẽ. ⁊ crederẽ ſufficẽ ꝙ maioꝝ pars ꝯſentiat ex
quo volunt hoc ſtatuere nõ ꝓpt̃ ꝯmoda ꝓp̃a ſ;
ad honorẽ cult⁹ diuini. ar. c. fi. de his q̃ fi. a ma
par. ca. ⁊ c. cum omnes. de cõſti. ſm vnũ itellc̃;
Canõicis vo nõ cõſentiẽtib⁹ forte nõ poſſet ſo
lus ep̃s tollẽ cõſuetudinẽ eccl̃ie exc̃ necceſſitas
nõ ſuggerit ꝯ̃riũ. qa cõſuetudo ẽ ſuãda ſic ius.
ar. nõ. in. c. ꝯſuetudinis. de ꝯſuetudi. ⁊ d. c. cum
oẽs. ⁊ c. in his. xi. di. in gl. ij. ibi. §. ſtichus. ⁊ fa
cit ille tex. ad deciſionẽ queſtionis. ſ. nũqd quili
bet ifirm⁹ debeat hr̃e fruct⁹ ꝑbẽde ſeu diſtribu
tiones quotidianas. nã de iure cõi infirmus de
bet hr̃e ẽt illas diſtributiões q̃tidianas. vt i. c. i.
eo. ti. li. vi. Dicunt hic doc. ⁊ bñ ꝙ nõ. ſ; ille ifir
m⁹ ꝑcipiet q impedit̃ reſidẽ vel iterẽẽ rõne ifir
mitat̃ dũtaxat. vñ ſi al̃s nõ reſidebat vl̃ nõ erat
ſolit⁹ reſidẽ vl̃ iterẽẽ diuinis l; tũc ifirmaret̃ non
hẽbit fruct⁹ i abſñtia. qa ifirmitas nõ ꝑſtitit cã;.
ar. bonũ i. d. §. ſtichus. fac̃. l. ij. ff. ſiqs caut̃. ⁊ qḋ
ibi nõ. ⁊ qḋ i ſili nõ. Inno. i. c. ex trãſmiſſa. d̃. de
ꝑſcrip. qḋ nota. qa quotidianũ eſt. In glo. ſu
per vbo vt duo. nõ hãc glo. ad duo. ꝑ ꝙ nõ oẽs
canõici exiſtẽtes i ſuitio ep̃i gaudẽt hac ꝑroga
tiua ſ; nõ debẽt eẽ plures q̃; duo. Et idẽ ſentiũt
doc. h̃ in his q ſunt in ſuitio pape ⁊ in ſtudẽtib⁹
ẽt in theologia. ⁊ ſic videt̃ hic reſtrigẽ. c. fi. j. de
magiſtris. Et nõ h̃ ꝑpetuo ꝙ ex eodẽ collegio
nõ debẽt eẽ i ſtudio vlr̃ duos ſi volũt gaudẽ ꝑui
uilegio ſtudẽtiũ vt hẽant fruct⁹ in abſentia. dic̃
h̃ tñ Ho. ſe putare numeꝝ hũc arbitrariũ ita vt
poti⁹ vtamur arbitrio i reſtrigẽdo q̃; in relaxã
do. ar. c. i. j. de decimis. ⁊ c. ex pte. de cenſibus.
Ego crederẽ aiaduertẽdũ q̃litatẽ ſtat⁹ eccl̃ie et
loci vñ canõici ꝓficiſcunt̃. nã ſi eccl̃ia ml̃tũ abũ
daret miſtris ⁊ patẽtur maximũ defectũ i viris
ſciẽtificis. ſat̃ puto ꝙ iſte numerus poſſit excedi
ar. i. d. c. fi. de magr̃is. ⁊ c. cũ ex eo. de elec. li. vi
nã ꝯ̃riũ iure nõ ꝓbat̃ nec debem⁹ reſtrigẽ illud
c. fi. ita idiſtĩcte. ꝓpt̃ hoc. c. cũ ſit longe maior rõ
⁊ maior fauor i ſtudẽtib⁹ i theologia maxĩe ſug
gerẽte neceſſitate q̃; exiſtẽtib⁹ in ſuitio ep̃i.
Et nõ ꝑpetuo iſtã glo. i fi. dum dic̃ ꝙ vltra duos
canõicos nõ põt ep̃s cogẽ vt ſint i ſuitio ſuo. Et
nõ ꝑ q̃ ad ſenſum directũ vt ſic non poſſit cogẽ
tres vel q̃tuor vl̃ plures vt aſſocient eũ. Itẽ nõ
q̃ ad ſenſum idirectũ ſeu ꝯ̃riũ vt duos ex canõi
cis poſſit cogere ⁊ nõ memini de aliq̃ tex. hoc ꝓ
bãte. ſed fac̃ ſatis in ar. iſte tex. ⁊ iura allega. in
c. de cetero. d̃. e. ti. Ultio hic q̃ritur qd i cleri
cis iferiorib⁹ nõ canõicis vtꝝ gaudeat h̃ ꝑuile
gio ſi ſũt in ſuitio ep̃i. qdã tenuerũt ꝙ ſic ꝑ idẽti
tatẽ rõnis. aliq diſputãdo tenuerũt ꝯ̃riũ ꝙ Jo.
an. hoc ꝯcordãdo dic̃ poſſe dici ꝙ i iferioribus
ſit neceſſaria diſpẽſatio ep̃i. in ꝓprijs vo canoni
cis ſufficit diſpẽſatõ iuris cõis. dicerẽ ꝙ aut iſti
inferiores deſtinant̃ ꝑ ep̃m ꝓ cõi vtilitate qḋ fi
eri poteſt. vt in multis iurib⁹ all̃. ꝑ me in. d. c. de
cetero. ⁊ h̃ cãu habebũt iſti fruct⁹ in abſñtia ſine
aliq̃ diſpẽſatõe. qa officiũ eoꝝ nõ d; eis eẽe dã
noſum. vt i. c. cũ nõ deceat. de elec. li. vi. aut de
ſtinant̃ ꝓ ſuitio eccl̃ie cathedrali ⁊ puto idem
vbi cã ſuggerit eos mittẽdi. vt qa repit̃ vn⁹ ma
gis iduſtrioſus ⁊ magis apt⁹ q̃; ali⁹ ex canoni
cis cathedral̃ eccl̃ie. ar. opti. i. c. i. vt eccl̃ia. bñfi
cia. ⁊ faciũt nõ. ꝑ Jo. an. i. c. ſi ꝓpt̃ tua debita. d̃
Reꝑt. li. vi. i nouella. aut ꝓ ſuitio ſoli⁹ ep̃i ⁊ tũc
cãus eſt dubi⁹ ⁊ dubitatõe; iduc̃. qa iura iſta lo
quũtur in canõicis cũ qb⁹ eſt maior cõio q̃; cũ
alijs inferiorib⁹. vt in. c. requiſiſti. de teſta. ſatis
poſſet dici ꝙ vrgente cã gaudeãt hoc ꝑuilegio.
qa videntur ꝓmouere ſuitiũ eccl̃ie cum ep̃s ſit
in eccleſia ⁊ ecõtra. vij. q. i. ſcire debes. ꝑ q̃ tex.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bic in fi ibi, p tuo ſuitio ⁊ ipi⁹ eccłie ⁊c̄. Et q̄ꝛ fi-
lij in necītate debēt ſbuenire parētib⁹. ſꝫ vbi ne
ceſſitas nō vrgeret tenerē aliā opi. vt non poſſit
ep̄s ſbtrahere debitū ſuitiū eccłijs inferiorib⁹
aſſumēdo miſtros in familiares ⁊ facit illa rō.
q̄ꝛ h̄ iura loquūtur in canonicis eccłie ſue q̄ ſūt
mēbra corpis ſui. ḡ nō debēt extēdi ad alios cū
mā ſit dāṅoſa eccłijs ⁊ nō repit̄ oīmoda eadem
rō. Quid aūt in ſubditis alteri⁹ p̄lati citra ep̄m
dic vt dixi in. d. c. de cetero. ¶ Queſtio q̄rit̄ qd ſi
canonici fecerūt ſtatutū ſup reſidētia. ſꝫ poſtmo
dū eo nō vtunt̄. dic Jo. an. q̄ illud tollūt p ꝯuē
tōeꝫ. j. de p̄bē. p illoꝝ. ⁊ fac. c. cū acceſſiſſent. de
ꝯſti. Nō diligent̄ h̄ dc̄m. nā ex eo ⁊ iurib⁹ ſtatiꝫ
alle. pōt colligi q̄ ſi ſtatuētes ſcient̄ fecerūt actū
ꝯriū ſtatuto vident̄ tollere ſtatutuꝫ nec regritur
flux⁹ alic⁹ tpis. Jn. l. do p̄ncipū aliud eſt dicen
dū. nō eni tollit̄ niſi ꝯſuetudo ſit p̄ſcripta legitio
tpe. vt in. c. fi. de ꝯſue. ⁊ facit qd̄ nō. Cy. in. l. ij.
C. q̄ ſit lōga ꝯſue. ⁊ qd̄ dixi in. c. iobānes de cle.
ꝯiuga. ⁊ ſm h̄ limita nō. in. c. i. de treu. ⁊ pa. ⁊ iu
ra dicētia q̄ p nō vſuꝫ tollit̄ lex ⁊c̄.

# Cum ad hoc.

Si ec
clia pa
tit̄ miſtroꝝ defectū p̄uilegiati ſup abſ̄
tia p ſbtractōeꝫ, puētuū redire cogūt̄. h̄. d. p̄ nar
rat factū. 2°. puidet ibi vñ mādam⁹. ⁊ eſt bonus
tex. ⁊ pōt multū p̄cticari. ¶ Primo nō q̄ ſi p p̄
uilegia ꝯceſſa ſup nō reſidentia eccłia patit̄ ḡue
diſpēdiū in cultu diuino talia p̄uilegia ſuāda ñ
ſunt. ex q̄ infert̄ q̄ queādmodū tollunt̄ p̄uilegia
ſupioris ne eccłia patiat̄ defectū in diuino cultu
ita ⁊ forti⁹ tollēda eſt ꝯſuetudo ꝯria. ¶ 2°. nō ex
h̄ ⁊ ex tex. q̄ cū p̄uilegiū p̄ncipis incipit eſſe ex
poſtfacto valde nociuū eccłie eſt illō ſine mora
reuocādū. q̄ꝛ h̄ nō eſt de intētōe p̄ncipis p̄uile-
giare vnū cū ḡui diſpēdio alteri⁹ maxie eccłie
p q̄ bon⁹ tex. in. c. ſuggeſtū. j. de decis. l. ij. §. ſi
qs a p̄ncipe. ff. ne qd in lo. pub. ⁊. c. ſup eo. de
offi. dele. 3°. nō q̄ reſpectu inferioris citra pa
pā appellat̄ h̄ facultas nō reſidēdi licētia. ſꝫ re
ſpectu pape dr̄ idulgētia. ex h̄ eni arguo q̄ ali⁹
citra papā nō pōt ꝯcedere indulgētiā ſup nō re
ſidētia. q̄ꝛ cū h̄ ſit ꝯ ius cōe ⁊ in p̄iudiciū eccłie
nō pōt ep̄s indulgere, p q̄. c. dilect⁹. de tep. oꝛ. ⁊
qd̄ nō glo. de legato in. c. fi. de here. li. vi. ſꝫ licē
tiā ꝯcedere pōt. q̄ꝛ vbū licētia nō importat nu
dā volūtatē ſꝫ ꝯceſſiōeꝫ ex cā factā. vt nō. Bar
in ex̄tua. ad rep̄mēdā. ⁊. l. alio hēde. de ali. ⁊ ci.
leg. ſꝫ Jnno. aliud ſenſerit in. c. cū ad monaſte
riū. in fi. de ſta. regu. nā vbū licentia deſcēdit a
vbo licet. ⁊ vbū licꝫ ſonat arbitriū boni viri. vt
nō. in locis p̄alle. pōt ḡ inferioꝛ citra papā dare
licētiā ex cā abſ̄tādi a bñficio. ſꝫ nō pōt dare in
dulgētiā cā. ſ. nō exñte. ⁊ ita intellō iſtū tex. in
eo q̄ vtit̄ diuerſ̄ vocabulis. ¶ 4°. nō ⁊ tene mē
ti q̄ bñficia etiā ſimplicia regrunt reſidentiam
de iure cōi nec ſufficit deſeruire per aliū qd̄ iu-
dicio meo aptiſſime probat iſte tex. nam h̄ non
ſolum canonici ſed etiāꝫ capellani ⁊ alij ſimpli
citer bñficiati reuocant̄ ad reſidētiā in eccleſia
vbi ſunt bñficiati nec releuant̄ ponēdo ibi vica
riū. qd̄ collige ex eo q̄ꝛ eis nō veniētib⁹ ſupioꝛ
facit deſuire eccłie p vicarios ⁊ reſiduū detra
portōe vicarioꝝ ꝯuertit̄ in vtilitatē eccłie vt h̄ ſi
eni poſſent licite p alios deſuire reſiduū appli
caret̄ eis etiāꝫ ſi eſſet eccłia curata. vt nō. pbat
tex. in. c. cū ex eo de elec. li. vi. ¶ Jn glo. i. ibi
q̄ꝛ in eo manere dꝫ ⁊c̄. nō hāc rōem glo. ⁊ fuit
originalit̄ dc̄m apłi ⁊ trāſumptie. xxi. q. i. c. i. ⁊
facit h̄ rō p his q̄ dixi. ſ. in nō. vt qſqꝫ teneat̄
p ſe deſeruire in bñficio q̄ꝫuis ſimplici niſi legi
tima cā eū excuſet. vt in. c. puenit. de appel.
Et aduerte q̄ꝛ glo. dicit q̄ defectus miniſtroꝝ
fuit legitima cā reuocādi abſ̄tes nec apit vtrū
potuiſſꝫ iſte inferioꝛ p̄uilegiū ſuperioris reuoca
re abſqꝫ auctoritate ſupioris. ſꝫ gł. ſequēs ſen
tit q̄ nō. ⁊ ꝯiūgēdo iſtā glo. cū illa videt̄ fuiſſe
de mēte glo. vt ſupioꝛ q̄ p̄uilegiū ꝯtulit debeat
reuocare. q̄ꝛ hec eſt legitima cā reuocādi ⁊ h̄ te
nuerūt qdam. Alij vero vt Jnno. tenuerūt lo-
quēdo alr̄natiue dicētes q̄ hec reuocatio ſit de
iure cōi vel de gr̄a. ſꝫ h̄ incidit in illā q̄ōeꝫ nun
qd p̄uilegiū ſuperioris qd̄ incipit eſſe valde no
ciuū 3°. ipō facto annullet̄ an ſit op⁹ recurrere
ad ſupiorē. ⁊ de hac q̄ōe dicā plene in. d. c. ſug-
geſtū. ⁊ vide glo. in regła decet. de re. iu. li. vi. ⁊
xxv. q. ij. reſcripta. ⁊ ſatis pōt dici vt honeſtū ⁊
cautū ſit recurrere ad ſupiorē maxie vbi allega
tur enormis leſio. nā cū inferioꝛ nō poſſit inter
p̄tari pape p̄uilegia. vt in. c. cū veniſſent de iudi
forti⁹ nō pōt illa tollere cām p̄tēdendo. de q̄ tñ
pleni⁹ in. d. c. ſuggeſtū. ⁊ ſic intellige glo. ſeq.
Jn glo. ij. in fi. innuit h̄ glo. q̄ h̄ p̄uilegia nō ſint
reuocata ipō facto q̄ꝛ alr̄ nō fuiſſet opus facere
mētōeꝫ de p̄uilegijs ⁊ intellīe ſm doc. qñ p̄uile-
giū tenuit a principio. q̄ꝛ enormit̄ nō ledebat vł
ſi ledebat fuit facta mētio de h̄ in p̄uilegio. tene
ſemp mēti h̄ dc̄m doctoꝝ q̄ p̄uilegiū valde no
ciuū eccłie alicui nō valet niſi faciat mētōem de
hac enormi leſiōe. pbo rōe. p̄nceps in dubio ñ
intēdit ꝯcedere p̄uilegiū vni cū graui diſpēdio
alteri⁹. l. q̄tiēs. C. de p̄ci. imp. of. ⁊ l. d. §. ſi qs a
p̄ncipe. ḡ taciturnitas inducit ſurreptōem vt in
c. poſtulaſti. ſ. de reſcrip. ⁊ p h̄ dictuꝫ poteris
infringere multa p̄uilegia q̄ emanāt q̄tidie a ro
mana curia. Jn glo. in. v̄. p̄deceſſoꝝ tuoꝝ ibi
non extendebat̄ poſt mortē illoꝝ pōdera ⁊ nō
ſemp hāc glo. q̄ innuit in hac pte licētia ꝯceſſa p
p̄ſidēte i aliq̄ officio ſeu dignitate ad aliqd agē
dū vł ñ agēdū expirat ipō facto p mortē ꝯcedē
tis. vñ ſentit glo. h̄ q̄ licētia ꝯceſſa ſup nō reſidē
tia expirauit p mortē ꝯcedēt. ſꝫ ꝯriū ſentit gł. h̄
in ſequētib⁹ dū videt̄ regrere leſionē eccłie ⁊ q̄
ſucceſſoꝛ reuocet. p p̄ dicto vide glo. quā etiāꝫ
bene nō. in. c. a nobis. el. i. j. de ſen. excō. que di
cit q̄ ſen. excō. ⁊ idem eſt in qualibet alia lata
generaliter ſub conditione expirat per morteꝫ

ꝓſcrẽti exq̃ nõ habuit ĩ vita effectũ ꝯſũmatũ ad
idẽ põt adduci tex. in. l. fi. ff. de penis. ⁊ ẽ ualde
nõ. vbi dic̃ ꝙ ſi aliqs magĩrat⁹ ĩterdic̃ alicui ob
ſuũ delictũ ne exercet certã artẽ tollit̃ h̃ ĩterdc̃ʒ
ſeu ꝓhibi:ᷓ ipo facto finito magĩratu illi⁹ ſʒ ꝙ li-
cẽtia duret niſi ex cã reuocet̃ poſtmodũ per ſuc
ceſſorẽ vide ſingularit̃ Inno. i. c. qδ trãſlatiõeʒ
ĩ fi. δ offi. lega. vbi vult ꝙ ĩdulgẽᵃ vel lĩnia ſemel
ꝯceſſa ñ expirat p mortẽ ꝯcedẽt̃. nec ob. l. final̃.
ga ꝓcedit ĩ penali. nos ſum⁹ ĩ bñfi:ᷓ qδ dʒ late ĩ
terp̃tari. vt ĩ. c. oliʒ. δ v̾. ſig. ⁊. l. fi. ff. de ꝯſtit̃. pn-
cipũ. ⁊ ex hac rñſiõe ad. l. fi. collige aliud bonuʒ
dc̃m ꝙ licẽtia ſeu ĩdulgẽtia durat ẽt ſi fuerit ſine
cãe ꝯgnitõe data. nã. l. fi. loqt̃ qñ ſine cãe cogni-
tõe ⁊ ſine ſnĩa magĩrat⁹ ĩterdic̃ alicui artẽ. ſecus
n. qñ cũ cognitiõe cãe. vt ĩ. l. fi. de offi. ꝓcõſulis
nõ. cõit̃ p legiſtas in. d. l. fi. ⁊ ꝓ h̃ vide glo. nc̃. ĩ
c. cũ ex eo. de elec. li. vi. in v̾bo ſeptẽnio. q̃ dic̃ ꝙ
ille qui ſemel conceſſit licentiã eundi ad ſtudiũ
non poteſt illam ſine cã reuocare cũ ergo ipe ñ
poſſit exp̃ſſe nec tacite poſt mortẽ. ⁊ nõbis ſem-
per dĩaʒ iter ꝯceſſionẽ ĩdulgentiã ſeu licentiaʒ
⁊ ĩter inhibitionẽ ſeu ĩterdictũ alicuius art̃ vel
alteri⁹ facultatis. ¶ In glo. in v̾. aſſiſij. q̃ eſt pe
nultima ibi nõ vocant̃ ad cõmunes tractat⁹ nõ
bñ glo. ꝙ capellani ⁊ alij bñficiati ĩ eccl̃ijs colle
giatis nõ ſunt de corpore collegij canonicoruʒ.
⁊ dic ꝯſequent̃ ꝙ de p ſe non poſſunt facẽ capl̃ʒ
ſeu collegiũ. vide bonũ tex. in. c. dilecta. δ exceſ
p̃la. ⁊ ibi nõ. facit qδ nõ. in. c. ij. de inſtit̃. Et dicit
Jo. an. hic ꝙ iſti poſſunt vocari aſſiſij quia por-
tant on⁹ eccleſie. vel etiã dicunt̃ quaſi aſſiſini. ſi
cut eĩm illi ſe exponũt morti dñis obediẽdo ẽt ĩ
malũ. de homi. ꝓ humani. li. vi. ſic etiã iſti dicũ
tur aſſiſini. ga occidũt aĩas canonicorũ eis por-
tãdo mulierculas qδ nõ. ¶ In glo. fi. in fi. con
tra hãc ꝯcluſionẽ glo. ĩſurgũt doc. p id qδ gl. ij.
dixit. nã cũ iſte patriarcha reuocet iſtos abñtes
p̃textu h⁹ mãdati apl̃ici nõ hʒ ptãtẽ vl̃t ꝯtẽta in
mãdato ſʒ h̃ nõ mãdat̃ vt eos p̃uet ſʒ ⁊ cũ licen
tia p̃deceſſoris põt glo. v̾ificari. ga ſucceſſor põt
reuocare ex cauſa licentiã cõceſſam p p̃deceſſo
rem vt hic. ⁊ nõ. in. d. c. cum ex eo. ⁊ totũ h̃ pen
det ex illa q̃ſtiõe quã p̃miſi. vtruʒ ipſo facto ſint
reuocata hec p̃uilegia ⁊ hodie ſũt reuocata ipo
facto. vt in. c. fi. de Rẽpt̃. li. vi. ⁊ dic vt ibi.

# Clericos

Priuat̃ bñfi:ᷓ clericͦ⁹ non reſi
dẽs ſi monit⁹ nõ redeat nec iuſtã excu
ſationẽ alleget ⁊ nõ dimidit̃ ⁊ eſt caſus nc̃bilis.
Nõ p̃ ibi abſqʒ licẽtia. ꝙ cuʒ licentia p̃lati licite
bñficiat⁹ trãſfert ſe ad aliã dioceſiʒ morãdi cau
ſa lʒ bñficiũ ſuũ exigat reſidẽtiã ita colligit̃ h̃ a
contrario. Sʒ hoc dictũ limitarẽ duob⁹ modis
primo vt licentia ſit cõceſſa ex cã. nã hoc impor-
tat hoc verbũ licentia noſtra. nam ſine cauſa h̃
epiſcopus facere non poteſt vt dixi in p̃cedenti
c. 2ͦ. ꝙ deſeruiat ibi per vicariũ ipſe abſens qδ
ꝓcedit vbi bñficium haberet ſolũ vnũ rectoreʒ

nõ. n. dʒ iterim carẽ miniſtri ſuffragio ĩ. c. cũ ex
eo. de elec. li. vi. in collegiat̃ v̾o debem⁹ aĩaduer
tere p̃iudiciũ eccl̃ie ⁊ legitimitatẽ cauſe ⁊ ſm̃ h̃
qñqʒ ſe poterit abſẽtare abſqʒ eo ꝙ dimittat ibi
vicariũ. ar. δ. in. c. ꝓximo. ¶ Nota vlteri⁹ ibi
ſi moniti. ⁊ ibi ſpoliare. ꝙ contra non reſidentẽ
non reqrit̃ ordo iudiciari⁹ ſʒ ſufficit monitio p̃
cedẽs ⁊ facti ſpolia:ᷓ ſbſequens. dixi lati⁹ ĩ. c. ex
pte. δ. eo. Querit̃ in qb⁹ eccl̃ijs ſeu bñficijs
hʒ locũ diſpoſitio hu⁹. c. Dicit Inno. ꝙ ĩ eccle-
ſijs curat̃. Itẽ in alijs bñficijs ſimplicib⁹ q̃ req
rũt reſidẽtiã ex p̃uilegio ſtatuto vl̃ ꝯſuetudie in
nõ exigẽtib⁹ reſidẽtiã nõ hʒ locũ. ga exq̃ nõ te-
nẽtur reſidẽ pñt ſe abñtare. ⁊ h̃ bñ nõbis. ſed ad
de dc̃m Inno. in. c. ex tue. δ. c. vt poſſit ſe abſen
tare nõ tñ vagãdo. ga ex h̃ ſolo delicto vagatio
nis põt p̃uari. vij. q. ĩ. nõ oportʒ. cũ ſequẽti. ⁊ di
cit poſtmodũ Inno. de iure cõi omne bñficiuʒ
reqrit reſidẽtiã. Hoſt. Jo. an. ⁊ antiqores apti⁹
loquũtur. dicũt eniʒ ꝙ oĩa bñficia q̃ dant̃ ĩ titlm
ſiue ſint vicarie ſiue modice eſtimatiõis. vt. xx.
ſolidoꝝ reqrũt reſidentiã de iure cõi. ſec⁹ ſi nõ
darent̃ ĩ titulũ ſʒ ſtipẽdiũ. vtputa ſi alicui paupi
dat̃ poſſeſſio eccl̃ie ad vitã vl̃ p̃cariũ. vt. xij. q. ĩ.
ga tua. iſti. n. nõ tenent̃ ad reſidẽtiã. Et nõ ſem
per hãc regulã ⁊ fac̃. c. ꝯq̃rẽte. δ. c. ⁊. c. δ. ꝓxi. et
c. ex pte. δ offi. vica. c. p̃uenit. de appel. ⁊. c. ſan-
ctoꝝ. lxx. di. ¶ In glo. ij. in fi. nõ. ex glo. q̃tuor
modos qb⁹ bñfiᵐ habet̃ ꝓ delicto ⁊ ſtatiʒ ꝯfer-
ri põt abſqʒ alia monitiõe. ⁊ q̃ten⁹ glo. loqt̃ δ ef
fecto milite dic vt dixi in. c. fi. δ. de cle. ꝯiugat̃. ſʒ
põdera h̃ vltimũ dc̃m. reqrit. n. vt bñficiũ ſit cu-
ratũ ad h̃ vt vacet p̃mũ curatum ⁊ ſic videt̃ vel-
le iſta glo. ꝙ in bñficijs nõ curatis nõ introduci
tur vacatio p̃mi p adẽptionẽ ſecũdi. Inno. h̃ di
ſtinguit ꝙ aut beneficia non expoſcũt reſidẽtiã
aut ſic. p̃ cãu nõ inducit̃ vacatio p̃mi. 2ͦ. caſu ad
uertẽda eſt triplex ſpẽs reſidẽtie. q̃dã. n. bñficia
reqrũt reſidẽtiã ꝑpetuã q̃dã v̾o ad tẽpus. q̃daʒ
reqrũt reſidẽtiã nõ ſimplicit̃ ſed cauſatiue. vt qꝛ
ĩducũt p̃uatõeʒ fruct⁹ niſi reſideat̃ ĩ p̃ma q̃litate
ſeu ſpecie. ĩducit̃ ſm̃ cũ vacatio p̃mi ipo facto p
adẽptõeʒ ſecũdi. In 2ᵃ q̃litate nõ ĩducit̃ uaca:ᷓ
cũ poſſit δſuire vtriqʒ exq̃ ad tẽp⁹ reqrit reſidẽ
tiã. In 3ᵃ ẽt nõ vacat p̃mũ ſed ſatis eſt ꝙ careat
fructib⁹ ꝓut hʒ ſtatutũ ſeu ꝯſuetudo. Et nõ bñ
hec v̾ba Inno. non. n. memini alibi legiſſe. Sʒ
aduerte bñ ad primũ mẽbrũ. nam videtur eẽ ꝯ̃
c. de multa. j. ti. ꝓximo. naʒ ſpeciale eſt ibi in cu
ratis dignitatibus ⁊ perſonatib⁹ vt per adẽptio
nem ſecũdi vacet primũ ipſo facto ergo ſecus ĩ
ſimplicibus. Jo. tñ cal. ſeqt̃ dictũ Inno. ꝓpter
idẽtitatẽ rõis. nã ius penale extẽdit̃ h̃ cãu. fac̃. c
q̃zuis. ĩ fi. de elec. li. vi. nã rõ ĩcõpaſſibilitat̃ ĩdu-
cit p̃uationẽ p̃mi ĩ curat̃ q̃ ratio militat ĩ nõ cu-
ratis exq̃ exigũt reſidẽtiã ꝯtinuã. h̃ ẽt dc̃ʒ repe-
rio ſecutũ fuiſſe Fede. de ſenis ꝯſilio. cxv. in fi.
nihil tñ adduc̃ ſʒ bñ allegat dictũ Inno. ꝓ hoc
eniʒ dc̃o vide glo. notabileʒ in cle. gr̃e. δ Rẽpt̃. q̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

videt̄ approbare dc̄m Inno. ſ Jo. an. in addi. ſpe. co. ti. in fi. vr̄ reuocare illā glo. ſuā ⁊ origia lr̄ fuit dictū Old. ↄſilio. clxxv. vbi h̄ dc̄m Inno impugnat idem ſeqt̄ dn̄s Kardi. ⁊ Pet. de ancha. j. ti. px. c. de multa. fundās ſe p̄ illud. c. de multa. qd̄ ſpecifice loqtur in curat. Cōcluderez ſic iſtū articulū q̄ aut qs habet ius ad rem aut in re. p̄ caſu p̄ adēptōez ſcd̄i bn̄ficij regrentis reſidentiā ad qd̄ ↄpetebat ius eſt incōpatibile cū. ꝫ. de iure. ⁊ ita ꝓp̄e loqtur tex. in. d. cle. gr̄e. ⁊ h̄ caſu pōt ſaluari glo. illi⁹ cle. nā facilius ꝑdit̄ ius ad rem q̄ꝫ in re. vt. c. penultio. de p̄bē. li. vi. Sic etiā loqt̄. c. q̄zuis. p̄alle. nec ex toto illud. c. continet penā. Pro cui⁹ itellectu vide Jo. an. in regula odia. de re. iur. li. vi. in mercu. in fi. nec inducit̄ vacatio ex termis. c. de multa. ſ ex tacita renūciatōe ⁊ ſic loqtur tex. in. d. cle. ¶ 2°. caſu cū q̄rit̄ de iure in re aut attētat bn̄ficiū regrens reſidentiā ex̄ diocesim ⁊ ibi ↄmorat̄ ⁊ tūc tacite inducitur p̄mi renunciatio niſi aliud appareat expreſſe de mēte ip̄i⁹. ⁊ ſic intellige glo. in. c. ex pte. s. eo. ⁊ Inno. in. c. ex tue. e. ti. aut acceptat bn̄ficiū in eadē dioceſi vbi eſt p̄mū ⁊ tunc puto q̄ q̄ztūcūqꝫ vterqꝫ regrat reſidentiā nō inducit̄ p̄uatio ip̄o facto. q2 h̄ iure nō cauet̄ ⁊ pena non eſt imponēda ip̄o iure niſi ſpecifice cauta ſit in iure. vt nō. glo. in. c. ſi. de iurepatro. Nō ob. c. de multa. q2 nō eſt eadē rō in ſimplicib⁹ lꝫ reſidētiā exigāt ſicut in curatis qm̄ in curat̄ ſubeſt periculū aiaꝝ. q2 impoſſibile eſt vt vtriqꝫ poſſit deſeruire. ⁊ iō vbi maius periculū ibi cautius ⁊ celeri⁹ fuit ꝓuidēdū. vt in. c. vbi p̄iculū. de elec. li. vi. ſ in ſimplicib⁹ nō eſt h̄ p̄iculū merito n̄ inducit̄ pena p̄uatōis ip̄o iure. gnimmo poſſet attētari vt p̄ciſe nō p̄uet̄ altero ſ det̄ ſibi arbitriū retinēdi qd̄ velit. ar. c. referēte. ⁊ c. p̄terea. j. ti. ꝓxio. ⁊ h̄ nō q2 q̄tidianū. ¶ Additio. In glo. fi. nō bn̄ iſtā glo. ex q̄ habes q̄ ſit excuſatio rationabilis ex qua poſſent notari multa.

## ¶ De prebendis ⁊ dignitatibus. Rrica.

¶ Cōtinuat̄ q2 clerici nō poſſunt honeſte viuere niſi hēant p̄bēdas vn̄ vite nec̄ia p̄cip̄iāt merito poſt rubricas p̄cedētes ſubijcit̄ iſta. Et qd ſit p̄bēda dic vt nō. glo. in. c. cū. M. de ↄſti. ⁊ vide qd̄ dicit̄ in. c. dilecto. j. eo. qd aūt ſit dignitas dicam in. c. de multa. j. eo.

**Ut nullus.** In bonis eccl̄ie nō ſuccedit̄ iure cōſanguinitat. h̄. d. ¶ Nō p̄ ibi clero ſiue de pp̄lo q̄ lꝫ appellatōe pp̄li veniāt ſeculares ēt habentes dignitates. inſti. de iure nāli. §. plebiſcitū clerici nō veniūt. alius ḡ clerus. alius pp̄l̄s duo eni ſunt gn̄a xp̄ianoꝝ. xij. q. i. duo ſunt genera. ⁊ vide bonū tex. in. c. ſi ſentētia. de ſen. ex com. li. vi. Quid aūt in p̄uilegijs dic vt legit̄ ⁊ nō. in. c. dilecti. de foro ↄpe. ¶ Nota 2°. vnam regulā q̄ in bonis eccl̄ie nō habet locū ſucceſſio iuris ſanguinis ſubſtitutus ḡ in beneficio non cauſat ius a defuncto ſ a ſup̄iore illud ↄferēte. ¶ Contra h̄ opponitur. nam iuſpatronat⁹ eſt eccleſiaſticuꝫ ⁊ ſp̄ualibus annexuꝫ. vt in. c. quāto. s. de iudi. ⁊ tn̄ in eo ſuccedit̄ur iure ſanguinis in. c. qm̄. ⁊. c. i. de iurepatro. ⁊. xvi. q. vij. pie mētis. So. iuſpatro. nō eſt mere eccleſiaſticū. ſ habet de t̄palitate rōe cui⁹ hꝫ locū ſucceſſio. ſic ſentiūt doc. h̄. ⁊ vide glo. nō. de hac mā in. d. c. pie mētis. h̄ ſolutio ex toto nō placꝫ. nā ſeq̄ret̄ q̄ de mero iure laici poſſidēt ⁊ ſuccedūt in iurepatro qd̄ eſt falſuꝫ. nā gratioſe fuit laicis h̄ ↄceſſuꝫ ab eccl̄ia. vt inducerent̄ ad fundatōez eccl̄iaꝝ. vt ꝓbat̄ in. c. iij. j. d. iurepa. dic ḡ q̄ in iurepatro. ſuccedit̄ de gr̄a ſicut gratioſe poſſidet̄. Sꝫ rō q̄re aliud in bn̄ficijs eſt q2 bn̄ficia ſunt pure ſp̄ualia iō noluit ita eccl̄ia pingue ius ↄferre laicis. ſed iuſpatronat⁹ nō eſt pure ſp̄uale. iō ꝓp̄t vtilitatez inde ꝓueniētē voluit eccl̄ia diſpēſare cuꝫ laicis in glo. ij. in fi. vel intell̄e tex. in ip̄is p̄bēdis ⁊ dignitatib⁹ ⁊ h̄ melius ↄuenit rubrice nō eni debꝫ qs habere nec̄io p̄bēdā vel dignitatē quā habꝫ ↄſanguineus defunct⁹ gnimmo vt ſucceſſio in eccleſia dei nō notet̄. ſtatutū fuit vt fili⁹ ſacerdotis etiā legitim⁹ nō poſſit habere etiā ab ep̄o bn̄ficiū paternū. vt in. c. ex trāſmiſſa. ⁊ q̄ſi p̄ totū de filijs p̄ſb̄roꝝ ⁊c̄.

2 **Non liceat.** Nō licet ep̄o aliquē ordinare ſine titulo. h̄. d. ¶ Nō p̄ ibi alimonias. q̄ h̄ verbū importat neceſſaria vite. vt patet in fi. l̄re. ⁊ dicitur alimonia quaſi ſubſidij alimoſina. ¶ Nota 2°. q̄ nō omnes debēt admitti ad clericatum. nam nō habētes vnde viuere poſſint promoueri nō debēt. ¶ Et hōc fuit ſtatutū vt ordinati nō mēdicarēt in obp̄robriū clericatus q2 eſſet valde vtile ſeruare diſpoſitōem huius. c. ⁊. c. ep̄s ſi. j. e. naꝫ turba clericoꝝ facit eos ↄtēptibiles lxxxiij. di. legim⁹ in gl̄. i. ibi oēs in mīorib⁹ ⁊c̄. nō glo. q̄ appellatōe clericoꝝ veniūt oēs ordinati ſiue ad ſacros ordies ſiue ad mīores. qd̄ in dubio ꝓcedit in diſpoſitōe fauorabili. vt ꝓbat̄ in. c. duo ſunt gn̄a. xij. q. i. Quid in odioſis dic vt dixi ſup̄ rubrica de vita ⁊ hone. cleri. ⁊ in fi. gl̄. Et p̄ hac ↄſuetudie facit ſm̄ doc. q̄ ꝓmoti ad nō ſacros ordines pn̄t retrocedere vt in. c. cū ex eo. de elec. li. vi. ideo eccl̄ia nō tn̄ eis ſubuenit ſicut ↄſtitutis in ſacris puto tn̄ q̄ a p̄ncipio ep̄s dꝫ ſeruare qd̄ dr̄ h̄ in omnib⁹ ordinibus ⁊ p̄ glo. facit. c. ep̄s. j. e. In glo. ſi. in fi. dicunt aliq vt dn̄s An. q̄ iura antiqua pn̄t remanere incorrecta. qn̄ ſol⁹ ordinat⁹ fuit in culpa vt q2 aſſerit ſe hr̄e ſufficiēs p̄rimoniū cū tn̄ nulluꝫ hēret vel min⁹ ſufficiēs tūc eni ip̄o iure eſt interdicta ſibi executio. Sꝫ ſi ordiator fuit in culpa tūc hēant locū iura hodierna. vt hēat executōeꝫ ſed ordinator ↄpellat̄ ſibi ꝓuidere de ſuo vt in



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf